Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
Hielmst 2558 8° [18,-72]



Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
Hielmst 2558 8° [18,-72]

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
Hielmst 2558 8° [18,-72]



Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
Hielmst 2558 8° [18,-72]



Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
Hielmst 2558 8° [18,-72]



Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
Hielmst 2558 8° [18,-72]

DA BOX

N.° 2558.



M. Tuscher fecit

BIBLIOTHECA REGIA HAFNIENSIS

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
Hielmst 2558 8° [18,-72]

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
Hielmst 2558 8° [18,-72]

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
Hielmst 2558 8° [18,-72]

PETRI LINDE-BERGII

De præcipuorum tàm in ſacris quàm Ethnicis ſcriptis Numerorum nobilitate, myſterio, & eminentiâ, liber unus, nuper in Bibliothecâ Bredenbergenſi ex varijs auctoribus collectus.

Auſpicio & expenſis, ampliſsimi & illuſtris viri HENRICI RANZOVII Equitis Holſati, qui non pauca ipſe adjecit exempla.

Acceſsit methodus Apodemica, vel ratio deſcribendi regiones, urbes, & arces, & quid ſingulis locis, in peregrinationibus ſtudioſi expiſcari & obſervare debeant.

EIUSDEM

HEN: RANZ: *iuſſu & diſpoſitione diligenter ab* ALBERTO MEIERO *conſcripta.*

ROSTOCHII

Typis *Myliandrinis.* *Anno* XCI.

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
Hielmst 2558 8° [18,-72]

BIBLIOTHECA REGIA · HAFNIENSIS ·

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
Hielmst 2558 8° [18,-72]



HENRICI facies ſtructu-
ràq; corporis hæc eſt,
Cui genus ex atavis nobi-
le RANZOVIIS.
Virtus ingenioſa viri &
prudentia velox,
Ex oculis multâ cum gra-
vitate micat.

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
Hielmst 2558 8° [18,-72]



Forma quid hæc ſimplex? ſim-
plex fuit ipſa vetuſtas:
Simplicitas formæ ſtem-
mata priſca notat,

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
Hielmst 2558 8° [18,-72]

LECTORI MEO *ſalutem dico*

PETRUS LINDEBERGIUS

ETſi omninò inficias ire non poſſum, ſicut priſcorum manuſcriptorum, ita etiam recentiorum eleganter & emendatè impreſſorum librorum venuſtate, paullò ante noſtrum ſæculum Italos Germanis palmam præripuiſſe: Tamen è diverſo affirmare cogor, hâc noſtrâ, quà Græca & Latina linguæ Alpes pertranſierunt, tempeſtate, ſicut doctiſsimis & diſertiſsimis viris, ita etiam veterum & neotericorum librorum typis elegantibus deſcriptorum apparatu, Germanos viceversâ Italos, ſi non ſuperare, ſaltem adæquare. Teſtis ipſe mihi locuples ſum, qui ſummi Pontificis librariam Romæ, Medicæorum Florentiæ, Eſtenſium Ferrariæ, Venetorum Venetijs, plurium Cœnobitarum in cœnobijs, & viginti quatuor Academiarum hiſce conſpexi, hiſce vidi. Teſtes etiã

A. C. 1584.

 alij,

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
Hielmst 2558 8° [18,-72]

alij, qui iuxta mecum eaſdem forſan & plures, perluſtrarunt. Atq; ut de prædictis Italis & Germanis publicis, quarum apud Pontificem Romanum Electores, Principes, primarias Civitates, & Univerſitates ferè omnes, exſtant præſtantiſsimæ; & de privatis, quarum apud Fuggeros, Auguſtæ; Alveslebianos, Erxlebiæ in Marchiâ; Grisbechios, Mulfelſiæ in Boëmiâ, & paſsim apud alios nobiles vidẽtur magnificæ, verba facere deſinam: una illa Cimbrica, illa Henrici Ranzovij, trium ordine Daniæ Regum in Ducatibus Vicarij

Bibliothec. libr. 6300.

Bis ter mille libris conſtans, librisq; treçentis,
Vilibus exceptis, quos numerare, grave

Bibliotheca, quam habet ad ſuam, & ſuorum utilitatem in arce Bredenbergâ inſtructiſsimam, vix Italicis & Germanis hodiè cedit, tanta enim ejus eſt ſtructuræ magnificentia: tanta ſelectiſsimorum auctorum librorumquè (quorum in folio tantùm, ut vulgus loquitur, 1230. ſicut & pluteo-

In folio libri ſunt 1230.
Plut. 172.

rum

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
Hielmst 2558 8° [18,-72]

rum 172. proximè à me numerati ſunt) copia: tantus æneorum aſtrolabiorum, globorum Aſtronomicorum Geographicorumq́ꝫ, & nomiſmatum Romanas antiquitates referentium, cumulus: tanta horologiorum minutorum, picturarum, imaginum, auro, argento, cupro, alabaſtriti inſculptarum, quibus Daniæ Regum, Holſatiæ Ducum, plurium magnatum, & nonnullorum Ranzoviorum res, domi foriſq́ꝫ geſtæ, opera, fundationes, ædificia, genealogiæ exprimuntur, abundantia: tantus, ut paucis multa complectar, aliarum rerum precioſarum, ex varijs mundi regionibus coacervatarum acervus, ut nemo eam, niſi magnâ cum admiratione, delectatione & fructu perluſtrare ullo modo poſsit, ſæpèq́ꝫ in ea incidat, quæ legit & vidit antea numquam. Quemadmodum & nos, cum unum atq́ꝫ alterum pluteos nuper excuteremus, in anonymi cujuſdam, de numerorum nonnullorum præſtantiâ, manuſcriptas quaſdam incidimus chartas, à ver-

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
Hielmst 2558 8° [18,-72]

tice quidem, quòd ajunt, ad extremū usq; unguem mutilas & mancas, nec tamen, ut videre eſt, prorſus inutiles & lectu injucundas. Quæ cauſſa nos movit, ut illas ipſas ſtatim incudi noſtræ tradentes, retractaremus, & diligentiore aſciâ, nodos tollentes, lacunas ſupplentes, poliremus. Quàm feliciter, & quàm benè, nominatus Heros Henricus RanZovius, qui priora vidit, legit, perlegit, & alij ab ipſo judicabunt. Sequutus autem in hoc opuſculo ſum primi artificis mentem, nec ab eâ latum unguem diſceſsi, quæ, quantum ego ex delineatione ejus conjicio, fuit, non tàm argumentis & rationibus probabilibus, quòd factu admodum difficile foret, quàm varijs exemplis, quibus ſacra & prophana ſcripta exuberāt omnia, Numerorum præcipuorum eminentiam demonſtrare. Atq; ut verum fatear, multa ſunt in rerum naturâ ἀναιτιολόγητα, id eſt ita abſtruſa & abdita, ut temerarium ſit, eorum rationem inire, aut facti cauſſam explicare. Contrà multa quoq;

ta quoq; ſunt, quorum levis aliqua & proximè ad ſcopum collimans ratio excogitari atq; effectus cauſſa, ſi non evidenter & perſpicuè, certè veriſimiliter, reddi poteſt. Verbi gratia, ne ad externa eamus, nemo ut arbitramur, cur Ternarius & Septenarius, & pauci alij numeri, præ reliquis omnibus tantam prærogativam obtineant? cur Ternarij & Septenarij non tantùm apud Prophetas, Apoſtolos, ipſumq; adeò filium Dei; ſed etiam apud Ethnicos omnes tanta dignitas? cur Binarij, Octonarij, Novenarij & reliquorum non eadem vis, eadem reputatio? Nemo, inquam, illud ſolidis & probabilibus fundamentis demonſtrabit. E contrario cur ſeptimo & nono Climactericis annis, tàm certæ, tàm crebræ, tàm periculoſæ in humani corporis fabricâ viciſsitudines ebulliant? cur tot, qui unquam celebres exſtitere viri, in ijſdem carnis ſarcinam deponant? cur Reges et Principes de ſemetipſis loquentes, numero utantur plurali, & tamen ſingulari

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
Hielmst 2558 8° [18,-72]

cum Deo, Rege, & Principe ſummo, appellari gaudeant. De his & ſimilibus non planè vera, ſed vero conſentanea ratio aliqua fingi poteſt, & nos in hujus libelli capite quincto quorundam de prioribus duobus exemplis opiniones in medium adduximus atq; inpræſentiarum de hoc ultimo, mentem quoq; noſtram aperiemus. Non hoc ſuperbia adinvenit, ut Princeps tamquam ſe unum pro multis, Nos Dei gratiâ Adolph⁹ &c. ſcribens cenſeat; ſed ſumma modeſtia peperit, ut ita ſe non ſolùm conſultare, non ſolùm cuncta ſuæ virtuti arrogare, non ſolùm præclara facinora perpetrare, verùm omnia ſeſe, poſt Deum, prudentiâ fidèq; inſignium Conſiliariorum, operâ & ope agere, ijsq; egere & ſemper uti, teſtetur. Hanc eſſe cauſſam, ego niſi fallor, omninò puto, quòd Princeps de ſe loquens dicat, veluti de pluribus loquatur, nimirum, nos Dei gratiâ Adolphus id jubemus, mandamus, decrevimus, non id jubeo, mando, decrevi. Cui illam, ſubjicio

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
Hielmst 2558 8° [18,-72]

cio, quòd magis honorificum Principi, ſi cum Principe cæleſti, Deo ter Optimo Maximo in ſingulari, non plurali numero ſalutetur. Cum enim dico, quæſo te Chriſte Deus, te appello Rex Chriſtianiſsime, in ſolo ipſo magis cuncta repoſita eſſe demonſtro, ac ſi dicerem vobis ſupplex ſum optime Deus, vos appello Domine Rex. His ſubſcribunt ſcriptores claſsici, qui ſimiliter de ſemetipſis loquentes, plerumq; numero utuntur plurali, viceverſâ quos appellant, appellent numero ſingulari. Idq; ſimili modeſtiâ: Modeſtius enim loqui videntur, ſi quæ ipſi ſoli egerunt, plurali numero exprimant, hoc modo, multa ſcripſimus, plura negotia confecimus, magnam conſequuti ſumus gloriam, quaſi non ſoli, ſed alijs adjutoribus, ea præſtiterint. Contra aliorum dignitatem minuere videntur, ſi ijs alium quaſi ſocium ob res geſtas adjungant, ut ſi, Fridericum Daniæ Regem, immortalis memoriæ, alloquentes, dicerent,

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
Hielmst 2558 8° [18,-72]

vos Dithmarſos ſuperaſtis, pro tu ô Rex Friderice Dithmarſos ſuperaſti. Atq; hunc ſcribendi modum mordicus obſervare ſolitus eſt, uterq; Præceptor & amicus meus, ſummâ mihi obſervantiâ colendus, IOANNES CASELIVS, Academiæ Iuliæ profeſſor primarius, et BERNHARDVS HEDERICVS, Scholæ Suerinenſis Rector fideliſſimus, quos honoris cauſsâ hîc nomino, in omnibus ſcriptis ſuis, quantumvis ipſi, & alij ab ipſis, ubi hic reſpectus non eſt, modò ſingularem, modò pluralem proferant. Eandem ſummæ modeſtiæ orbitam inſequuti etiam ſunt, priſcis illis ſæculis, Artifices celeberrimi, abſoluta ſua opera pendenti ſemper titulo inſcribentes, hoc modo, Apelles faciebat, Zeuxis pingebat, Phidias ſculpebat, ut tanquam inchoatâ & imperfectâ adhuc arte, contra judiciorum varietates ſupereſſet regreſſus ad veniam, veluti emendaturis, ſi quid deſideraretur; & plenum hoc erat verecun-

diæ. Nam ſi ſcripſiſſent, Apelles fecit, Zeuxis pinxit, Phidias ſculpſit, tacitè ſubindicaſſent, ab auctore opus abſolutum, & ſuis locis redditum, fuiſſetq; illud arrogantiæ non leve argumentum. Sed cæca quædã φιλαυτὶα & barbarica adulatio omnia hodie pervertit & invertit, adeò ut & ſycophantæ nonnulli, doctrinarum ſolummodò exuvijs amictos numero plurali linguâ Romanâ ſalutare, pſeudoartificum opera inepta, conſummata dicere, & dominos ſuos, cùm ſunt ebrij, vocare lætos; cùm ſunt nigri, nominare fuſcos; cùm ſunt ſtolidi, appellare probos & ſimplices; cùm ſunt mentis amotæ, id eſt, inſani, nuncupare ægrotos, non erubeſcant. Intantùm aſſentationis ſcabies, & impudentiæ virus omnes mundi partes pervaſit, infecit, commaculavit. Sed quorſum hæc, inquies? ut Numerorum, de quibus nobis ſermo eſt, eminentiam, aut nullis prorſus, aut ſublanguidis ſaltem rationibus confirmari poſse demonſtraremus, & adoleſcen-

ſcentes ad eorum conſiderationem diligentiorem, nequaquam Epicureorum more relinquendam, invitaremus. Quód ſi aſſequar, de quadrumviratu, bonorum remorâ, Momo, Zoilo, Falſario, & Aſopho, ne manum quidem verterim. Vale amice Lector, & quidquid id eſt, quod ex Bibliothecâ Ranzouij, præter ſequens ejuſdem decretum, non unâ de cauſſâ huc appoſitum, tibi propinamus, boni conſule, viſurus poſthac maiora & meliora, atque brevi omnium inibi librorum catalogum, ejusque bibliothecæ exactam deſcriptionem. Datum Bredenbergæ, Anno epochæ Chriſtianæ cIↃ IↃ xcI. Sextilis die decimo ſeptimo, quo anno ſuperiori, Sixtus V. Pont: Max: vitam cum dignitate depoſuit, & Anno 1544. Regiomontana Academia, per Albertum I. Boruſsiæ Ducem, fundata, ac Georgio Sabino Rectore primo ſolemniter introducta eſt.

HEN-

HENRICI RANZOVII perpetuum de Bibliotheca ſua decretum.

Quæ infra ſcripta ſunt, hunc in modum
ſancita ſunto,
Inviolateq; obſervantor.
Ranzovij nec quiſquam alius hanc poßidento,
Heredes eam non dividunto,
Nemini libros, codices, volumina, picturas,
Ex eâ auferendi, extrahendi,
Aliove aſportandi,
Niſi licentiâ poſſeſſoris,
Facultas eſto.
Si quis ſecus fecerit,
Libros, partemve aliquam abſtulerit,
Extraxerit, clepſerit, rapſerit,
Concerpſerit, corruperit,
Dolo malo.
Illicò maledictus,
Perpetuò exſecrabilis,
Semper deteſtabilis
Eſto, maneto.

SAP.

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
Hielmst 2558 8° [18,-72]

SAPIENT.

11.

Omnia in numero, in menſura, & in pondere diſpoſuit DEuS.

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
Hielmst 2558 8° [18,-72]

CAPUT PRIMUM
DE TRIADE.

PRæ reliquis numeris omnibus,apud Priſcos TERnarius fuit myſticus , auſpicatus , & ſacer habitus , cùm quòd Ioui,Soli,& Ueneri competeret,primusque in tres ęquales partes,parem ac imparem continens numeros, divideretur,tùm quidquid in eo conſiſteret , id ratum, ſalutare,ac efficax haberetur. Neque id ſolùm à ſuperſtitioſis Ethnicis , impares numeros paribus efficaciores credentibus , verùmetiã à Chriſtianis , ob numinis diuini, adeoq; ſanctiſsimæ individuæ Trinitatis venerationem, mordicus obſervatum eſſe legimus. Et, ſi omnes omnium temporum libros evolverimus, cuncta myſteria, & quæ alicuius momenti fuêre credita, Triade conſtare, ejuſdemq; rationem in quibuſdam iucundã & admirabilem,in quibuſdam(quòd & de ſeptenario intelligi volo)abditã& imperſcrutabilem eſſe,certò experiemur. Id autẽ cùm laboris ſit non minimi,nos collectis tàm ſacris,quã prophanis aliquot exemplis, dicti numeri præcellentiam ſtabiliemus.

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
Hielmst 2558 8° [18,-72]

I.

DIvinitas individua tribus conſiſtit perſonis, Patre, filio & ſpiritu ſancto. Atqui tribus hiſce perſonis tres cauſſæ aſſcribuntur, Efficiens Patri, Formalis Filio, Finalis Spiritui Sancto. Et Tria Deo Patri conveniunt, Aeternitas, potentia, & cauſſa efficiens. Tria filio congruunt, ſapientia, ſpecies, & veritas: Tria Spiritui Sancto, nexus, concordia, & bonitas.

2. Trinitas Sanctiſsima præſens & loquens fuit in primi hominis creatione: ait enim Deus numero plurali, Faciamus hominem (licet nonnulli hæc verba ad Angelorum præſentiam referant) ad imaginem noſtram. Item, Spiritus Domini ferebatur ſuper aquas.

3. In eâdem creatione Deus totam mundi machinam in tres diviſit partes, in aëra, terram, & aquam, ut præeſſet homo ſimiliter tribus, Piſcibus maris, volatilibus cæli, & beſtiis univerſæ terræ, Gen: 1.

4. Adam tertiâ horâ in Paradiſo lapſus eſt.

5. Tres Abraham ſedentem Gen: 18. in oſtio tabernaculi ſui accedunt viri. Quos ubi videt, ſtatim occurrit in occurſum eorum,

adorando eos dicens: Domine ne tranſeas ſervum tuum. Quo in loco notandum, quòd quamvis in divinis litteris ſit numerus & diſcretio perſonarum, una tamen adoratione colantur Pater, Filius, & Spiritus Sanctus, propter unicam honoris individui cauſſam, quòd unica ſit in tribus perſonis majeſtas, ſubſtantia & æqualitas.

6. Abraham jubet Saram ſumere tria ſata ſimilę, & conficere hoſpitibus ſubcinericios panes. Ibid.

7. Tres propagines, paullatim in gemmas creſcere; videt in ſomnio Pharaônis pincerna. Gen: 40.

8. Tria farinæ caniſtra ſuper caput ſuum exſiſtere in ſomnio videt ejuſdem Pharaônis piſtorum Magiſter. Ibid.

9. Tribus menſibus enutritus fuit Moyſes in domo paternâ, priuſquam exponeretur. Exod. 2.

10. Ter in anno voluit Deus coram ſe apparêre omne maſculinum. Exod. 23. In Paſchate, in Pentecoſte, & die Tabernaculorum.

11. Tertiò cùm verberaſſet aſinam Balaäm, cœpit loqui. Num: 22.

12. Ter Balaäm benedixit populo Iſraëlitico. Num: 23.

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
Hielmst 2558 8° [18,-72]

13. Tres Domino iubente conſtituuntur civitates refugij. Deut: *19.* Et Num: *36.* ex oppidis, quæ Leviticis aſſcripta ſunt, ſex ſeparari jubet, ut fugiat itidem ad ea, qui fuderit ſanguinem, & his exceptis alia quadraginta duo oppida.

14. Trium Davidi datur electio, ut eligat ex tribus hiſce unum. Aut ſeptem annorum famem, aut tribus menſibus adverſariorum perſecutionem, aut trium dierum in domô ſuâ peſtem. *2.* Reg: *24.*

15. Helias reſuſcitans Sareptanæ filium, expandit ſe tribus vicibus ſuper eum. *3.* Reg: *17.*

16. Idem ter infundit aquam ſuper holocauſta. *3.* Reg: *18.*

17. Tria ſunt inſatiabilia, & quartum nunquam dicit ſufficit, Infernus, os vuluæ, & terra, quæ non ſatiatur aquâ. Ignis verò nunquam dicit ſufficit. Proverb. *30.*

18. Tria ſunt difficilia, & quartum penitus ignoratur, via aquilæ in cælo, via colubri ſuper terram, via navis in medio mari, quartum eſt via viri in adoleſcentiâ. Ibid.

19. Per tria movetur terra, & quartum ſuſtinere nequit. Per ſervum, cùm regnaverit; per ſtultum, cùm præter ſolitum fuerit ſaturatus cibo: & per odioſam mulierem,

cum

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
Hielmst 2558 8° [18,-72]

cùm in vxorem fuerit aſſumpta : & per ancillam cùm fuerit heres dominæ. Ibid.

20. In cantu Angelico, Eſai: cap. 6, ter repetitur, Sanctus, Sanctus, Sanctus Dominus Deus Zabaoth.

21. Tres odit Dominus, pauperem ſuperbum, diuitem mendacem, & ſenem fatuum. Eccleſ. 25.

22. Ionas tres dies fuit in utero piſcis. Idē tertio die iterum in littore ponti Euxini incolumis eijcitur, cùm tamen eſſet à ceto abſorptus in mari prope Ioppen, ut ſcribit Ioſephus lib. 9. Cap. 11. Ex quibus neceſſariò ſequitur, Piſcem cum Ionâ, tribus illis diebus & noctibus, ultra 250. miliaria, per mare Aegeum, & boſphorum Thracicum, prope Conſtantinopolim urbem, in pontum Euxinum circumcurriſſe, & ſingulis horis quatuor ferè miliaria proceſsiſſe: Ipſumque Ionam circiter miliaria 200. ab eo loco, ubi à piſce fuit ejectus, verſus urbem Ninive, contendiſſe.

23. Sara, filia Raguelis, tribus diebus non manducans neque bibens, ſed in oratione perſiſtens, cum lacrymis deprecatur Deum, ut ſe ab iſto improperio liberet. Tob: 3.

24. Raphaël Angelus, Tobiæ Iuniori, tribus diebus ac noctibus primis à Sponſâ ut

abſtineat, ne malo ſpiritu vexetur, mandat. Tob: 6.

25. Tres ſunt viri, Ezech: 14. quos Deus de magná tribulatione liberaturus eſt, Nohe, Daniel, & Iob.

26. Tres viros Sadrach, Meſach, & Abednego, Rex Nebucadnezar in candentem fornacem mittit. Daniel. 3.

27. Daniel ter in die procumbens, Deum invocat, ideoq; leonibus tandem objicitur. Dan: 6.

28. Tribus in veteri teſtamento concedebantur unctiones, Prophetis, Regibus, & Sacerdotibus.

29. Terra ſancta, quæ & terra Canaan, ſeu Palæſtina dicta, in tres diviſa fuit partes, in Iudæam, Samariam, & Galilæam.

30. Tres magi, ſtellâ deſuper oſtendente, Melchior, id eſt, Rex illuſtris: Caſpar, id eſt, Cancellarius: & Balthaſar, id eſt princeps militiæ, tria offerunt puero Chriſto, Aurum videlicet, thus, & myrrham. Matth: 2.

31. Tres perſonæ divinitatis apparent in baptiſmo Chriſti, Pater in voce, Filius in perſonâ, & Spiritus Sanctus in ſpecie columbæ Matth: 3.

32. Tribus vicibus Ieſus in Eremo tentatur à diabolo. Matth: 4. Lucæ. 4.

33. Ter

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
Hielmst 2558 8° [18,-72]

33. Ter Chriſtus in horto flexis genibus orat,dicens: Pater, ſi fieri poteſt, tranſeat à me calix iſte, Math: *26.*

34. Ter Apoſtolorum princeps Petrus, ſicut Chriſtus ei prædixerat, Dominum abnegat. ibid.

35. Idem Petrus amans numeri Ternarij ait: Faciamus tria tabernacula, Tibi unum, Moyſi unum,& Heliæ unum.

36. Maria viſitans Elizabetham, manet cum eâ circiter menſes tres. Luc: *1.*

37. Poſt triduum Maria puerum Ieſum,in templo ſedentem, in medio Doctorum invenit. Luc:2.

38. Ter væ chriſtus exclamat ſuper Phariſæos,ſcribas,& legiſperitos. Luc: *11.*

39. Chriſtus trino ſe dignatur epitheto, dicens,Ego ſum via,veritas,& vita. Ioh: *14.*

40. Idem Simonem Petrum ter interrogat, an ſe amet. Ioh: *21.*

41. A tribus Chriſtus fuit ad necem raptus, à Phariſæis, Scribis, & Sacerdotibus.

42. Ter perverſi Iudæi Chriſto in paſsione illudunt. *1.* In atrio principis,cùm velatâ facie colaphis eũ cederent, *2.* Ante prætorium, cùm coronâ ſpineâ induto diceret, Ave Rex Iudæorũ. *3.* cùm in cruce pendenti acclamarent, vah quàm deſtruis templum Dei.

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
Hielmst 2558 8° [18,-72]

43. Tertiâ horâ, id eſt, circa nonam noſtram, teſte Marco, Chriſtus linguis Iudæorum clamantium crucifige, ad mortem poſtulatus, & ad columnam ligatus ac flagellatus eſt.

44. Ipſe tertius inter duos latrones, quorum alter Diſmas, alter Gaſmas vocatur, ſuſpenſus eſt, ſecundum hos verſus:

Diſparibus meritis pendentia corpora ramis,
Diſmas & Gaſmas, medio divina poteſtas.
Diſmas ſalvatur, Gaſmas ad tartara fertur.

45. Tribus clavis affixus fuit cruci, unde & hodie Ieſuitæ in ſuis inſignibus imaginem cordis, ejúque tres infixos clauos geſtant.

46. Tribus linguis titulus crucis à Pilato fuit perſcriptus. Ioh: *19.* Nimirum Hebraicà, Græcâ, & Latiná, quæ tres linguæ adhuc in toto terrarum orbe, præ reliquis omnibus, primas obtinent.

47. Tribus horis continuis, nimirum à ſextâ uſque ad nonam, id eſt, à duodecimâ noſtrâ uſque ad tertiam, tempore paſsionis Chriſti, ſol in plenilunio defecit. Matth: *27.* Quòd cùm Dionyſius Areopagita vidiſſet, exclamaſſe fertur, Aut Deum naturæ pati, aut mundi machinam ruituram.

48. Tertio Aprilis die, & non Martij *25,* ut pu-

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
Hielmst 2558 8° [18,-72]

ut putatur, Chriſtum paſſum eſſe, Henr: Buting. & Bartholomæus Scultetus, evidentiſsimis rationibus demonſtrant. Eumq; tribus diebus in ſepulcro fuiſſe, accipiendo partem pro toto, Biblia ſacra teſtantur.

49. Tres mulieres inviſunt Chriſti ſepulcrum, Maria Magdalena, Maria Iacobi, aliàs Ioſes ſeu Cleophas dicta, & Salome. Mar: *16.*

50. Tertio die Chriſtus reſurrexit à mortuis.

51. Ter adhibet Maria circa corpus Chriſti unguentum. Cùm ungeret pedes ejus in domo Simeonis Phariſæi: Cùm unguentum in domo Simeonis leproſi ſuper caput ejus effunderet, & cùm emeret aromata ad ungendum eum jacentem in ſepulcro. Ubi voluntas pro facto reputatur, cùm per eam non ſteterit, quo minus, quod voluit, explerit.

52. Cum duobus aliis, Cleophà nimirum & Lucâ, ſeu ut quidam volunt, Nathanaële, Chriſtus ipſe tertius in Emaus deſcendit. Luc. *24.*

53. Tres Chriſti innocentis primarij condemnatores, Hannas, Caiphas, & Pilatus, uno eodemque anno, quarto ſcilicet poſt ſalutiferam Domini paſsionem, graviter

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
Hielmst 2558 8° [18,-72]

rurſum puniuntur. Hannas miſerabiliter obit: Caiphas ab officio removetur: Et Pilatus Romã mittitur, qui tandem deſperabũdus ſibimetipſi, Caſsiodoro, & Eutropio teſtibus, ſeptimo à crucifixione Chriſti anno, manus violẽtas infert. Ioſephus antiq: lib. 18.

54. Tres ſunt Herodes, quos infamis crudelitas in ſacrâ ſcripturá famoſos facit. 1. Herodes Aſcalonita, ſub quo natus eſt Chriſtus, quiq; præter multas innocentium neces, parvulos Bethleẽmitas gladio interemit. 2. Herodes Antipa, qui Ioannem decollari fecit, & Dominum illuſum Pilato remiſit, & tandem Lugduni in Galliâ à Cajo Caligulâ Cæſare in exſilium pulſus miſerè vitam finijt. 3. Herodes Agrippa, qui Iacobum occidit, & Petrum incarceravit, de quibus hi exſtant verſus.

Aſcalonita necat pueros: Antipa Ioannem:
Agrippa Iacobum, tenet atq; in carcere Petrum.

55. Tres ſunt qui teſtimonium perhibent in Cœlo, Pater, verbum, & Spiritus Sanctus.

56. Tres ſunt qui teſtimonium perhibent in terrâ, Spiritus, aqua, & ſanguis. 1. Ioh: 5.

57. Saul in itinere à Domino perculſus, tribus diebus viſum amittit: Act: 9.

58. Tres viros Cornelius mittit ad Petrum. Act: 10.

59. Ter ſe virgis cæſum,& ter naufragium feciſſe, Paulus queritur. 2. Cor. 12.

60. Tres vivi in cælum ſublati ſunt, Henoch ante diluvium, Elias poſt diluvium,& quadrageſimo poſt ſalutiferam ſuam reſurrectionem die, Chriſtus.

61. Tribus modis peccamus, Ore, opere,& corde, id eſt, verbis, factis & cogitationibus.

62. Trinum cultum Deo exhibemus, Cordis linguæ,& operis.

63. Plenifsimum pietatis eſt illud trium verborum, DEVS OPT: MAX:

64. Tribus Latinis verbis, ſeu ſolis tribus capitalibus litteris, omnis amplifsimus Germaniæ ſtatus antiquâ conſuetudine denotabatur S.R.I. id eſt, ſacrũ Romanũ Imperium.

65. Veteres ſimiliter in Epiſtolis tribus litteris ſalutatoriis utebantur. S.P.D. id eſt ſalutem plurimam dico.

66. Eccleſia catholica tres Sanctorum nativitates celebrat, Chriſti, Ioannis & Mariæ.

67 Trigamma Ens haud caret peculiari myſterio, denotans ſacroſanctam Trinitatem, ſi ex ſingulis litteris initialibus ſententiam aliquam huic rei congruentem formabis, ut Entis Nomina Sancta. Ex quo apparet, illud Ariſtotelis in agone mortis diſtricti dictum, ô

Ens

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
Hielmst 2558 8° [18,-72]

Ens Entium miſerere mei, non Ethniciſmum, ſed meram pietatem ſapere.

68. Triplex ſervatur ſymbolum in Eccleſiâ, Apoſtolicum, Athanaſij & Nicenum.

69. Tria mundi tempora, Tempus ſine lege, tempus legis, & tempus gratiæ, ſive, ut Grammatici diſtinguunt, præſens, præteritum & futurum.

70. Ter tribus in locis ſigno crucis, in memoriam Chriſti crucifixi ſe ſignare Chriſtiani ſolent. 1. In fronte, loco ſatis conſpicuo ſignamus nos, cùm ut exterminator Angelus videns nos ſigno crucis munitos, pertranſeat, ſicut pertranſivit in Aegypto domos Ebræorum ſanguine agni linitas, tùm ut ſpreto fuco & pudore, nos Chriſti crucifixi non pudere teſtemur. 2. In ore, ut crucem Domini audacter prædicaturos, deque illà omni tempore ſermonem nos facturos ſubindicemus. 3. In pectore, ut pectori & menti verba Evangelij, paſsionemque Domini incluſuros oſtendemus.

71. Triplicem Pontifex Romanus geſtat coronam, ad denotandum, quòd ſit Vicarius Dei, Rex Regum, & animarum in limbo ſalvator.

72. Tria poſita ſunt à Philoſophis in cultu Dei obſervanda, Adoratio, propter reverentiam:

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
Hielmst 2558 8° [18,-72]

rentiam. Thus,ob diſtributionem ſuaviſsimæ cognitionis Divinæ & omnium virtutum:& Hymnus,propter concentum cæli, ſecundum Pythagoram.

73. Tria hæc antiquitus in optatis fuêre, Ut homo ſaperet tria pręterita,Intelligeret tria præſentia, Provideret tria futura. Præterita tria: Malum commiſſum; bonum omiſſum, & tempus amiſſum.Præſentia tria: Vitæ breuitatem, ſalvandi difficultatem, ſalvandorum paucitatẽ.Futura tria:Mortẽ, quâ nihil miſerius,Iudicium ultimum,quo nihil horribilius, & ſupplicium æternum, quo nihil intolerabilius.

74. IVRISCONſultis etiam Ternarius hic Numerus in conſideratione fuit. Ius civile vel ad perſonas pertinet, vel ad res, vel ad actiones.

75. Vaſtiſsimum Iuſtitiæ pelagus tribus vulgaribus repagulis comprehenditur,Honeſtè vivere,alterum non lædere, Ius ſuum cuiq; tribuere.

76. Ter olim Prætor ſervũ munumittere cupiens, Uindictà ſeu Feſtucâ, id eſt virgâ ſuâ,ſervi caput percutiebat,ter repetens,ajo te eſſe liberum.

77. Ius privatum eſt triplex, Naturale, Gentium, & civile.

78. Iure

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
Hielmst 2558 8° [18,-72]

78. Iure gentium tria hominum genera eſſe cœperunt, Liberi, Servi, & libertini.

79. Tres ſunt in judiciis perſonæ. Iudex, Actor, & Reus.

80. Tribus modis legitimantur ſpurij: Per ſubſequens parentum matrimonium: Per dationem curiæ: Et per reſcriptum principis, ſeu Comitis Palatini.

81. Civis Romani ſtatus in tribus conſiſtit: In civitate, libertate, & familiâ, id eſt jure agnationis.

82. Atque is ſtatus amittebatur tribus modis, aut maximâ, aut minore, aut minimâ capitis diminutione. Maximā capitis diminutionem vocabant, cùm quis civitatē & libertatē amitteret. Minorem, cùm quis retentâ libertate civitatem amitteret. Minimā, cùm civitate & libertate retentâ, alterius poteſtati quis ſubjiceretur, & prior ſtatus mutaretur.

83. Tres ſunt gradus agnationis & cognationis, Aſcendentium, deſcendentium, & collateralium.

84. Tribus edictis vel uno pro tribus accuſati peremtoriè citari ſolent.

85. Tres ſunt innocentiæ gradus, malum non facere, facientibus mala non conſentire, & malum pro virili amovere ac delinquentes corrigere.

86. A tri-

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
Hielmst 2558 8° [18,-72]

86. A tribus Legum cunabula compacta ſunt, à Triboniano, Theophilo, & Dorotheo.

87. IN CORPORIS humani fabricâ etiã Trinitatis veſtigium ſpectatur: Homo altiſſimæ Trinitatis imaginem gerens, tribus cõſtat, Spiritu, corpore, & animâ.

88. Tres ſunt animæ potentiæ, Intellectus, Voluntas, & memoria. quæ in unâ ſunt animâ, quemadmodum Pater, Filius, & S. Sanctus in unâ divinitate.

89. Tres ſunt ſecundum Platonem animę partes, ſive potentię in animâ conjunctâ corpori, Iraſcentiá, concupiſcentia, & ratio.

90. Tribus corporis partibus anima ſuam habet ſedẽ. 1. Secundũ Peripateticos in corde. 2. Secundum alios in poſteriore parte capitis. 3. in baſilicis, ſeu regiis venis. Horum unum ſi graviter lædatur, ſtatim à corpore ſecedit anima.

91. Tres ſunt intellectus actiones, Simplicium apprehenſio, compoſitio, & diviſio.

92. Tres ſenſus interiores, ſecundum Galenum; ſenſus cõmunis, cogitatio, & memoria.

93. Tres ſunt facultates quę corpus omne divino quodam ſpiritu regunt: Animalis, Vitalis, & Naturalis. Et hoc quoq; myſterium eſt divinæ Trinitati ſimile.

94. Tres

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
Hielmst 2558 8° [18,-72]

94. Tres ſunt ventriculi in cerebro: Anterior, medius, & poſterior.

95. Tres humores oculorum: Albugineus, Uitreus, & Cryſtallinus.

96. Tria humanæ linguæ præcipua officia: ut formet articulatam vocem, ut dignoſcat cum palato ſapores; ut cibum accipiat, ac vi ſuâ conglobatum ad Oeſophagum tranſmittat.

97. Tria ſunt officia narium: Attractio aëris & exſpiratio, Attractio odorum, & Evectio pituitæ.

98. Tria organa potentiæ locomotivæ; Nervi, muſculi & chordæ.

99. Tribus oſsibus conſtat hominis digitus.

100. Partuum difficultates tribus modis eveniunt In prægnante cùm iraſcitur, vel aliis moleſtiis laborat: In partu, cùm abortũ parit, aut gemellos, aut mõſtroſum quiddã. Extrinſecus, cùm mediâ hyeme, aut æſtate ſupra modum ſæviente mulier parit.

101. A baſi cordis tria inſignia vaſa explantantur: A dextrâ parte vena arterioſa, à ſiniſtrâ arteria venoſa, à medio arteria maxima.

102. Pectus hominis, ſeu ſternon, ingenioſè diſſolutum, tribus, ſecundum Carolum Stephanum, ſecundum Galenum verò ſeptem conſtat oſsibus.

103. Ad

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
Hielmst 2558 8° [18,-72]

103. Ad tres menſes in pueris recens natis, ſinciput movetur, ut volunt nonnulli, nec roboratur ante ſermonis initium.

104. Tria ſunt involucra, ſeu membranæ, quibus in materni uteri latebris fetus obtegitur.

105. Tribus rebus continetur vita: Cibo, potu, & ſpiritu, vel Naturâ, fato, & fortunâ. Natura: quia ultra centum & viginti ſolſtitiales annos vivere conceſſum homini non eſt. Fato: cui tres Saturni curſus, hoc eſt, nonaginta anni exitum creant, niſi forte aliarum ſtellarum benignitas etiam quartum addat. Fortunâ: id eſt, caſu, qui ad omnia pertinet, quæ extrinſecus ſunt, ut ad venena, naufragia, ruinam &c.

106. Medicinam nonnulli hoc diſticho commendant:

Si tibi deficiunt Medici, Medici tibi fiant,
Hæc tria Mens hilaris, requies, moderata diæta.

107. IN RERVM adminiſtratione ſimiliter Ternarij numeri conſideratio habetur. Tres ſunt Reipub: ſpecies: Democratia, Ariſtocratia, & Monarchia.

108. Tres fuerunt Curiæ Iudicum Athenis; Delphinium, Palladium, & Areopagus.

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
Hielmst 2558 8° [18,-72]

109. In tres ordines antiquitus hominis ſtatus erat diſtributus, in Patritium, Equeſtrem, & Plebejum. Hodie in patritium, mercatorium, & mechanicum. Seu in ſummates, medioximos & infimates.

110. Tribus coronabantur olim Cæſares coronis: 1. Ferreâ ab Epiſcopo Treverenſi. 2. Argenteâ ab Epiſcopo Mediolanenſi. 3. Aureâ a ſummo Pontifice Romæ.

111. Tres Cæſares Germani, Friderici dicti, gubernaculis Romani imperij ſummâ cum laude præfuerunt. Eorumdemque nomen ex tribus ſyllabis compactum eſt, Fried/ Ehr/ Reich/ id eſt, Queis nomen iunctum eſt Pacis, Honoris, Opum.

112. Ad quamcunque naturæ actionem tria concurrant neceſſe eſt, Scientia, facultas, & voluntas.

113. Omnia quę ſunt, tribus hiſce conſtant, principio, medio, & fine.

114. Annus eſt triplex, Solaris, Lunaris, & mundanus ſeu magnus.

115. Quælibet pars anni continet tres menſes, Menſis quilibet viciſsim tres partes. Et tres ſunt cujuſque menſis dies principes, Calendæ, Nonæ, & Idus.

116. Tertius annus in pecudibus ac iumentis,

tis , ſicut triceſimus annus in hominibus, eſt robuſtiſs'mus.

117. A tribus hominum generibus, ut iactatur proverbium, auditur verum, à pueris, ebriis, & inſanis.

118. Tres ſunt pro nobis & contra nos teſtes, videlicet ſuperior Deus, interior conſcientia, & exterior proximus.

119. Tria ponit Auguſtinus mendacij genera, Pernicioſum, officioſum, & iocoſum.

120. Tria fulminum genera Ariſtoteles conſtituit, unum quod adurit, alterum quod ſcindit, tertium miræ naturæ. Vinum enim effundit intactis vaſis, aurum in ſaccis & vaſa argentea in capſulis liquefacit, capſulis & ſaccis integris, comburit manum chirothecâ intactâ, obſtupefacit vinum ut per tres dies non fluat, fracto vaſe. Imò totum hominem in cinerem convertit integris veſtimentis. Hæc refert Landinus ſuper Horat:

121. Troja ter capta fuit equorum miniſterio, primâ vice ab Hercule cum equis Laomedontis: Secundâ vice à Duce Caridemo, cum equo uno, qui pontem occupavit portæ, ita ut Teucri non potuerint

caludere eam: Et tertiá vice ab Agamemnone, cum equofatali.
122. Sal condimentorum omnium optimum, tribus modis conficitur, vel ex aquâ mariná ardoribus ſolis in paludibus uritur & exſiccatur, ut ad Bajanam & Burdegalam, Galliæ Aquitaniæ urbes, unde quotannis naves onuſtas advehi videmus: Vel ex terræ viſceribus, inſtar lapidum, effoditur, ut in Poloniâ, maius unde Regum vectigal quàm ex auro eſt: vel ex fontibus ſalis aquâ dulci igne abſumptá excoquitur, ut in Lunæburgenſibus ſalis fontibus, qui anno Chriſti 1269. copiosè primùm eruperunt.
123. In Magorum myſterijs, Deorumque ceremonijs, & religione, etiam numerus hic olim fuit potentiſsimus, utpote cujus auſpicio preces & libamina tertiò repeterentur, tertio quoque die, aut trimeſtri ſpacio peragerentur. Quod his verbis aſtruit Virgilius in Pharm:

Terna tibi hæc primum triplici diverſa colore
Licia circumdo, terq; hæc altaria circum
Effigiem duco, numero Deus impare gaudet,

Id eſt, Ternario hoc potiſsimum, qui primus eſt numerorum imparium, & initium corporum ſolidorum conſtantium ex pluribus areis. Non quovis impare gaudet: Et Nico-

Nicomachus: Ter libant, ter ſacrificant, qui vota ſua petunt à Deo confirmari. Et apud Theocritum. Ter libo, terq́ue hæc pronuncio myſtica verba.

124. Ejuſdem numeri in ceremonjis funebribus frequens fuit uſus, ut apud Theocri: Supremũ ter voce ciemus. Et apud Uirgil: Manes ter voce ciemus. Item in purificationibus Uirgil 6. Aeneid: Idem ter ſocios purâ circumtulit undâ ſpargens rore levi.

125. Et apud Euripidem in Hecubâ, Præco ter iterato verbo, ſilentium indicit, & paſſim legitur ter ſceleſtus, ter beatus, ter exſecrabilis, ter maximus.

126. Et eſt nunc vulgo admodum familiare, ut ſi quid aſſeverent vehementius, id ter repetant. Hinc eſt quod Strabo & Homerus ſcribunt, Charybdim ter in die, quod abſorbuit, reddere, & ter reſorbere, quum conſtet, id non fieri niſi bis in die, excuſant hác hyperbole quaſi τρὶς non ſonet hic numerum, ſed vehementiam.

127. Hiſtorici ſcribunt ſenio confectam aquilam, invento fonte, trinâ immerſione iuventutem recuperare.

128. Iactatum eſt ænigmatis vice, tria cappa peſsima, quo trium gentium mores notan-

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
Hielmst 2558 8° [18,-72]

tati ſunt Cappadocum, Cretenſium, & Cilicum. Auguſtinus inquit fuiſſe tortum hoc in Cornelium Syllam, Cornelium Cinnam, & Cornelium Lentulum, creditumque eſt, in libris Sybillinis horum nomina hiſce litteris fuiſſe deſignata.

129. Triplex locus rationali creaturæ deputatus eſt, locus ſummus videlicet cælum: Locus infimus videlicet infernus: Locus medius videlicet mundus. Hinc patet, cur vita præſens dicatur medium, & tolli de medio, pro tolli ex hâc vitâ.

130. Proverbiale etiam eſt, tribus verbis dicere, id eſt, paucis, ſicut & trium litterarum homo, quòd per ironiam in eum torquetur, qui ingenuus & generoſus videri cupit. Solebant enim ingenui, prænomen, nomen, & agnomen in litteris, aut inſignibus ſuis, tribus elemẽtis notare, ut Q. V. M. Quinctus Valerius Maximus. M. T. C. Marcus Tullius Cicero. Plautus iocum aliò detorſit, nempe in ſervum furacẽ, ut ſit trium litterarum homo, F V R.

131. Tria poenarum genera Athenis invexiſſe dicitur Theramenes: Aut ſtipiti alligatum corpus lictori excarnificandum dare: Aut cicutæ poculum ebibere: Aut exſilio ſolum vertere.

132. Huic

132. Huic affine eſt, quod Suidas refert, Reis capitis tria apponi ſolere, aut gladium, aut reſtim, aut cicutæ potiunculam, quæ nominabant tria lethalia.

133. Tertius crater apud Græcos ſoſpitatori Iovi tribuebatur. Veteres aut tres cyathos, ad numerum Gratiarum, aut novem ad numerum Muſarum bibebant, unde Auſonius.

Ter bibe, vel toties ternos, ſic myſtica lex eſt.

134. Tres ſunt montes montium omnium orbis terræ principes, à quibus reliqui omnes, tanquam filij, deſcendunt, variaque pro qualitate loci nomina ſortiuntur. Alpes, quæ Italiam à Galliâ & Germaniâ diſterminantes, longiſsimo tractu Europam permeant: Atlas, qui Afrorum: & Taurus, qui Aſiaticorum parens eſt.

135. Res militaris in tres dividitur partes, Equites, pedites, & claſſes.

136. Trini ſunt infantis ſtatus: In utero, in nativitate, & poſt nativitatem.

137. Trinitas eſt in hominis poſitione ac ſitu: aut enim iacet, aut ſedet, aut ſtat. Sed quo tendit huius numeri tam diligens obſervatio? Nempe ut Trinitatis qua-

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
Hielmst 2558 8° [18,-72]

lecunque veſtigium in omnibus rebus relucere demonſtraremus.

138. Ut & omnibus ſcriptoribus, ſic etiam Poëtis hic Ternarius fuit venerandus. Tres ſunt Charites, ſeu Gratiæ: Aglaia, Thalia, & Euphroſine. Tres autem dicuntur eſſe, quòd vna largiatur, altera ſuſcipiat, tertia remetiatur beneficium.

193. Tres Parcæ, quarum Clotho colum baiulare fingitur, id eſt, vitam hominis ordiri; Lacheſis trahere, id eſt, vitam contexere; Atropos occare id eſt, filum vitæ abrumpere ac finire. Ceſelius Uindex apud Gellium lib: 3. ponit alias tres, videlicet Nonam, Morram, & Decimam.

140. Tres præcipuos Deos priſci venerabãtur, Iovẽ, Neptunũ & Plutonem, qui fuerũt tres fratres, Saturni & Rheæ filij, & in tres partes ſenſibilem mundum diviserunt. Cæleſtem regionem Iovi, ſubterraneam Plutoni, mediam verò Neptuno aſſcribentes.

141. Horum quilibet ſceptrum habet trifariam diſpoſitum, Iupiter trifidum fulmen, Neptunus tridentem, & Pluto tricipitem Cerberum.

42. Triformis fuit Hecate, dextro equino, ſiniſtro canino, & medio ſuis agreſtis capite. Fuitque eadem, iuxta Poëtarum theologiam,

logiam,

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
Hielmst 2558 8° [18,-72]

logiam, trium poteſtatum numen, in Cælis Luna, in terris Diana, & Proſerpina apud inferos dictum.

143. Tres Furiæ, à furore ſic in terris appellatæ; quæ & diræ q: Deorum iræ in cælo; & Eumenides q: minimè mites apud inferos nominantur, ſunt Alecto, Tiſiphone, & Megæra. Ab hiſce tribus Furiis in animis hominum producuntur tres affectus, ira, cupiditas, & libido.

144. Tres ſunt Harpyjæ, Aëllo, Ocypite, & Celæno.

145. Tres Syrenes; Parthenope, Ligia, & Leucoſia.

146. Tres Heſperides; Aegle, Arethuſa, & Heſperituſa.

147: Tres Heliades, Phaëtuſa, Lampetia, & Iapetia.

148. Tres miniſtri ſomni, Morpheus, Icelon ſeu Phabeton, & Panthus,

149. Tres iudices infernales, Aëacus, Minos, & Rhadamantus.

150. Denique tota vita humana in Triade conſiſtit, videlicet in ingreſſu progreſſu, & egreſſu, atq; ad ſacroſanctæ Eccleſiæ, cujus individua Trinitas eſt caput, memoriā & cultum nos cōmonefacit. Nam in lucem editi in Eccleſiam deferimur ſacro baptiſmatis

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
Hielmst 2558 8° [18,-72]

lavacro tingendi: Deinde proceſſu ætatis ſacramento conjugij in Eccleſijs copulamur: Tertiò defuncti ſepulturæ & terræ templorum tradimur. Et hoc ultimum eſt Cataſtrophe totius vitæ humanæ, cujus ærummoſas conditiones, cùm Philoſophi, tùm Poëtæ, tribus qualitatibus verè & notabiliter deſcripſerunt. Ejuſmodi eſt illa exclamatio: ô neceſsitas abjecta naſcendi, vivendi miſera, dura moriendi. Ad quod concinnè quadrat illud Poëtæ.

Principium vitæ dolor eſt, dolor exitus ingens,
Et medium labor eſt, vivere quis cupiat?

Item: *Flens ego ſum genitus, celebrantur funera fletu,*
Tranſacta innumeris vita fuit lacrymis.

Hæc de Ternario, dixiſſe ſufficiant, ſunt trecenta alia, ſed brevitati ſtudentes maturamus ad Quaternarium.

CAPUT II. DE QUATERNIONE.

ETſi Tetragonus, ſeu quaternus ſive ſpectes myſticos in ſacris voluminibus ſenſus, ſive philoſophorum ſcripta, minime vulgarem denotationem obtineat, ſed uberrimam ad ſe contemplandum ſegetem ſuppeditet: Tamen & nos probatiſſimorum ſcriptorum monumentis, affatim eundem corroborabimus. Atqui ut à primis principijs incipiamus à Quaternario manarunt totius mundi radices, videlicet,

1. Ignis, aër, aqua, & terra, ex quibus ſecundum Phyſicos proveniunt homines, à terrâ caro, ab aquâ humor, ab aëre anhelitus, ab igne fervor. Ingenium autem à ſolo Deo:

2. Quarto creationis die, mundi oculus Sol, & Luna, formata ſunt. Gen: 1.

3. Quatuor Deus principaliora flumina in Paradiſo conſtituit, Piſon, Hidekel, Euphraten, & Gilion, quæ hodie dicuntur, Ganges, Tigris, Euphrates, & Nilus. Gen: 3.

4. Qua-

4. Quatuor litteris ab omnibus gentibus, divinæ majeſtatis nomen exprimitur apud Chaldæos, Syros, Aſsyrios, Aethyopes, Aegyptios, Perſas, Anglos, &c. Latinis dicitur Deus, Grȩcis θεός, Italis Idio, Hiſpanis Dios, Gallis Dieu, Germanis Gott/ Dalmatis & Illyricis Bogi vel Boog, Turcis Alla, Polonis Boog item, Magis orſi. Gentibus in novo mundo Zimi, Valachis Zeul, Zingenis odel. Et ipſis Hebræis tetragramma eſt, quo Salvatoris nomen denotatur videlicet Ioth, He, Vah, & Heth. Ioth Significat principium, He iſte. Vah paſsione, Heth, vitæ. q.d. iſte eſt principium vitæ paſsione. Et nobis Chriſtianis venerabile eſt nomen quatuor litterarum IESU. & IOVA.

5. Tetraſyllabum itidem eſt protoplaſtæ parentis nomen ADAM, cujus derivationem Cyprianus aliquantulum longius quȩſiuit inquiens. Ex quatuor cardinibus orbis terræ, Deus pugno terram comprehendit, & inde finxit hominem. Unde oportuit eum ex his quatuor cardinibus orbis terræ nomen portare Adami. Invenimus enim in ſcripturis, eſſe à conditore mundi quatuor ſtellas conſtitutas, in ſingulis cardinibus terræ unam. Quarum orientalis dicitur Ανατολὴ: Occidentalis Δύσις: Aquilonaris Ἄρκτος:

Meridiana

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
Hielmst 2558 8° [18,-72]

Meridiana μεσημβρία, ex quibus quatuor nominibus Græcis tolle litteras ſingulas principales, & habebis nomen A DA M. Hæc ille.

6. Eſt & omnium noſtrorum matris primæ HEVÆ nomen tetragramma, ejuſdemque trium filiorum nomina tetragrammata, quorum primus dicitur C A I N, alter A-B E L, tertius S E T H, ejuſque nepotis nomen ENOS quatuor elementis conſtat, qui & quartus erat à primo illo terrigenä Adamo.

7. Quatuor Deus ter optimus maximus Noæ, qui ſolus ante diluvium coram Deo fidelis ſtetit, ob innocentiam vitæ apparuit. 1. Geneſ: 6. Cùm diceret Repleta eſt terra iniquitate, fac tibi arcam de lignis lævigalis. 2. Geneſ: 7. Cùm diceret Ingredere tu & omnis domus tua in arcam. 3. Geneſ: 8. Cùm diceret Egredere tu & uxor tua, filijque tui & uxor eorum de arcâ. 4. Cùm benediceret eis poſt factum ſacrificium dicens: Creſcite & multiplicamini & replete terram.

8. Quaternario deſcribitur omnipotentiâ ſalvatoris Chriſti, Pſalm. 135. Omnia, quæcunque Dominus voluit, fecit in cælo, & in terrà, & in mari, & in omnibus abyſsis.

9. Qua-

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
Hielmst 2558 8° [18,-72]

9. Quatuor calamitates per Ezechielem cap: 37. religionis ac pietatis deſertoribus Deus minatur mittere, nimirum, famem, peſtem, bellum, & nocentes beſtias, ut his divexati ad ſaniorem mentem agnitamq; veritatem perducantur.

10. Chriſtus divina ſua miracula & vitam à quatuor Euangeliſtis conſcribi voluit, à Matthæo, Marco, Lucâ, & Ioanne. Hi Euangeliographi per quatuor animalium figuras ſecundum viſionem Ezechielis, cap: 11, de quatuor cherubin, quorum unum ſimile homini, alterum leoni, tertium ſimile vitulo, quartum ſimile aquilę, & ſecundum viſionem Ioannis Apoc: 4. nobis præfigurantur. Matthæus per hominem, quia Chriſtum hominem depingit, ab ejus nativitate ſumens exordium. Marcus per leonem, quia Chriſti reſurrectionem deſcribit. Dicitur enim leo tertio die ſuos excitare catulos, ita & Deus pater immenſâ ſuâ potentiâ, filium ſuum tertiâ die reſuſcitauit. Lucas per vitulum, quia Chriſti Paſsionem, quâ ſe obtulit hoſtiam Deo Patri, enarrat. Vitulus autem eſt animal ſacrificijs aptum. Ioannes per aquilam, quia ſcribit Chriſti divinitatem, qui ut iuventus aquilæ renovatus fuit à mortuis reſur-

ſurgendo & cælum quod aquila altiſsimo ſuo volatu appetit, aſcendendo.

11. A quatuor hominum generibus invanum aſſumitur nomen Domini. Ab Ethnicis, ab hæreticis, ab apoſtatis, & ab hypocritis.

12. Quaternarium numerum etiam ſalutifer Chriſti titulus, à Pilato cruci impoſitus, comprehendit. I. N. R. I.

13. Quadratam, ſeu quadrangularem figuram crux Chriſti ſalutifera repræſentat. Quam figuram etiam ſtatura humani corporis expaſsis brachijs exhibet. Et ſimilem ſub cranio hominis videre licet: Sutura enim quædam tranſverſa, coronalis dicta, ab aure ad aurem: Et quædam ſagittalis dicta ſeu recta, per capitis longitudinem producta, talem crucis format figuram. Rectè igitur dicimus, hominem crucis formam ſub cranio habere, ſicuti ad eundem ferè modum decalogum legis divinæ ſub cute in pectore, & quaſi duas lapideas tabulas in ventre. Veſal: 14. Prætereo quoque libens, quæ à vulgo referuntur de lupo piſce, qui crucis quoque formam in capite exhibet.

14. Qua-

14. Quatuor crucis Chriſti ſunt partes, lignum erectum, lignum tranſverſum, truncus ſuppoſitus, & titulus ſuperſcriptus.

15. Quatuor lignorum generibus religioſi veteres eandem crucem exſtitiſſe, hiſce verſibus affirmant.

Pes cedrus eſt, truncus cypreſſus, oliva ſupremum,
Palmaq́, tranſverſum, Chriſti ſunt in cruce lignum.
Vel *Ligna crucis ſunt, palma, cedrus, cupreſſus, oliva.*

Et hæ arbores omni tempore vireſcunt, nec propter brumam, nives, & gelu, deponunt frondes ſuos in hyeme.

16. Petrus videt de cælo deſcendere ad ſe vas quatuor initjis ligatum, in quo erant omnia quadrupedia terræ. Act. *10.*

17. Idem Apoſtolus ab Herode traditur quatuor quaternionibus militum aſſervandus Act: *12.*

18. Philippus quatuor habet filias virgines prophetantes Act: *21.* Quo nonnulli comprobare volunt, etiam mulieres initiatas ad prædicandum Evangelium, quemadmodum etiam ex illo Chriſti dicto, Marci ultimo, Nolite timere, ite & annunciate meis fratribus, ut eant in Galilæam, ibi me videbunt. His addunt cap: *2.* Lucæ, ubi legitur, Hanna nunquam diſcedebat à tem-

plo, ſed ei precibus & jejunijs inſerviebat, Deumque glorificans coram omnibus pacem Iſraël exſpectantibus propagabat.

19. Divus Ioannes in Apocalypſi videt quatuor animalia, habentia oculos antè & retrò in conſpectu Dei.

20. Idem videt in viſione ſuâ Angelos quatuor, ſtantes ſuper quatuor angulos terræ, tenentes quatuor ventos terræ. Apoc: *7*.

21. Quatuor Archangelorum nominatim fit mentio in ſacris biblijs: MICHaëlis, Dan: 12. Apoc: *12*. GABRielis, Dan. *8*. Luc: *1*: RAPHaëlis, Tob: *2*, *3*. &c. VRIElis, Eſ: *4*. c: *4*. quibus nonnulli addunt quintũ Hierameel.

22. Quater Angelus Gabriel à cælo demiſſus legitur. *I*. Ad Danielem in urbem Suſan. Dan: *8*. II. Ad eundem in urbem Babylon, Dan: *6*, & *9*. III. Ad Zachariam Luc: *1*. IV. Ad virginem Mariam Luc: *1*.

23. Super quatuor montes, videlicet Sion, Moriah, Acra, & Bezetha, urbs Ieruſalem, priuſquam à Tito Veſpaſiano deſtructa, fuit ſita.

24. In humano corpore quaternij quoq; magna eſt conſideratio. Anima quaternitate conſtare videtur, Mente ſcilicet, ſcientiâ, opinione, & ſenſu.

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
Hielmst 2558 8° [18,-72]

25. Tunicæ oculorum numerantur quatuor, Cornea, Uvea, tela araneæ, & conjunctiva. Galenus tres alias addit, ſciroticam, retinaculum, & perforatam.

26. Quatuor ſunt membrorum facultates: Attractiva, Retentiva; Alterativa, & Expulſiva.

27. Quatuor ſunt interioris corporis præcipua omnium affectionum & paſsionum membra: Cor, pavoris & fiduciæ: Splen, riſus & lætitiæ: Iecur, ſeu Epar, amoris & odij: Renes, libidinis organa, licet quidam Medici quinque ponant, quemadmodum probant hoc bimetro:

Cor ardet, pulmo loquitur, fel commovet iram,
Splen ridere facit, cogit amare iecur.

28. Quatuor ſunt cibi digeſtiones: in Ventriculo, in hepate, in venis, & in membris.

29. Quatuor modis purgatur cerebrum: Ab aquaticis humoribus ſuperfluis per oculos: A melancholiâ, per aures: A cholerâ per naſum: A phlegmate per generationes pilorum, qui cunctis corporis partibus, imo ipſis oſsibus, ſunt ſicciores. Nullum enim eſt animal, quod pilos aut plumas poſsit digerere, oſſa facilè poteſt.

30. *Quatuor humores humano in corpore conſtant:*
Sanguis cum cholerâ, phlegma, melancholia.

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
Hielmst 2558 8° [18,-72]

31. In his quatuor, nimirum in corde, iecore, pulmone, & cerebro, vitæ ſummam conſiſtere, Budæus refert.

32. Nonnulli medici corpus humanum in quatuor partes dividunt, in caput, thoracem, ventrem, & veſicam.

33. Terræ ſuperficies in quatuor dividitur partes, in Europam, Aſiam, Africam, & Americam, quibus nonnulli addũt quintam Magellanicam, auſpicijs Caroli V. A. C. 1519. à Magellano Portugaleſio detegi cœptam. Sed priorum trium apud veteres tantùm fit mentio.

34. Holſatia olim in quatuor diviſa fuit partes, in Stormariam, VVagriam, Holſatiam, & Dithmarſiam, quam Henricus Ranzovius q: demerſam regionem, inter paludes limoſaſque voragines, dictam aſſerit.

35. Fridericus Rex Daniæ, Anno Chriſti milleſimo quingenteſimo trigeſimo quarto naſcitur, & menſe quarto, id eſt, Aprili, die quarto, horâ quartâ, rurſum moritur, relinquens quatuor Natas, & Natum Regem ejus nominis Quartum: & quatuor ſubſtituens Regi impuberi tutores ex Regni proceribus primarios. Idem Rex, pijſsimæ memoriæ, ſicuti &

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
Hielmst 2558 8° [18,-72]

hodiernus Rex electus, ejus Filius, quatuor populorum, nimirum Danorum, Norvegiorum, Vandalorum, & Gothorum Regem, quatuor item Ducatus, Holſatiæ ſcilicet, Sleſvigi, Stormatiæ, & Dithmarſiæ Ducem ſe nominabat. Ego his

Quatuor & quartis nomen ineſſe reor.

36. Quatuor ſunt tempora anni, Ver, Æſtas, Autummus, & Hyems. Pythagoras comparat verno tempori pueros; æſtati adoleſcentes; autummo iuvenes, hyemi ſenes.

37. Quatuor ſunt mundi plagæ, Oriens, occidens, meridies & ſeptemtrio.

38. Quatuor cardinales venti, totum terrarum orbem perflantes: Eurus vel ſubſolanus: Zephyrus vel Fauonius: Auſter vel notus: Aquilo ſeu boreas, qui continentur hiſce verſibus.

Aſper ab axe venit Boreas, venit Eurus ab ortu,
Auſter amat medium ſolem, Zephyrusq; cadentem.

Alij, quibus viſum fuit exactius omnia dimetiri, duos & triginta ordinarunt, quorum nomina, multæ eruditionis & doctrinæ vir, HENRICUS RANZOVIUS, in ſuo ſtratagematum navalium libello, ordine recenſet.

39. Quatuor partibus conſtat dies, Varrone teſte, Mane, ortu, meridie, & occaſu,

quam-

quamvis Regius Propheta eundem dividat in tres partes, nimirum in duo crepuſcula & diem, Pſalm. 55. his verbis, Veſpere, mane, & meridie lamentabor.

40. Quatuor ſunt noctis partes, conticinium, intempeſtum, gallicinium & antelucanum. Alij faciunt ejus partes ſeptem.

41. Milites noctem dividunt in vigilias quatuor, quæ ſingulæ trium horarum ſpacio ſupputantur.

42. Quatuor fuerunt Monarchiæ, quæ & Regi Nebuchodonoſori, Dan: 2. & 7. per ſomnium duabus vicibus revelatę ſunt. Aſſyriorum & Chaldæorum (alternis enim vicibus ex utraque gente Reges imperarunt) Perſarum, Græcorum, & Romanorum, ſub quâ ultimâ, Dei clementiâ, adhuc vivimus.

43. Quadricolor eſt Iris, ſeu arcus cæleſtis, ex omnibus elementis contrahens ſpecies. De cælo colorem igneũ, de aquis purpureum, de aëre album, de terrâ nigrum.

44. Quatuor priſcis habitæ virtutes cardinales, Prudentia, juſtitia, fortitudo, & temperantia.

45. Quatuor ſunt ordines ſeu facultates, ut vocant, Academiarum, Theologica, Iuridica, Medica, & Philoſophica.

46. Qua-

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
Hielmst 2558 8° [18,-72]

46. Quatuor ſunt Iudicis officia, Manus excutere ab omni munere, partes patientes audire, benignè reſpődere, & juſte judicare.

47. Quatuor bonæ matres pariunt quatuor peſsimos liberos: Veritas, odium: Proſperitas, ſuperbiam: Securitas periculum; & Familiaritas, contemptum.

48. Græca celebratiſsima fuerunt certamina quatuor, Olympia, Pythya, Iſtmia, & Nemeæa.

49. Quatuor ſpecialia Doctoribus Iuriſprudentiæ in inaugurationibus Doctoratus conferuntur: Volumen ſeu liber, rubrum biretum, annulus, & oſculum, quæ tamen in quibuſdam locis variantur.

50. Vulgares antiquiores chartæ luſoriæ quatuor figuris conſtant, Roſarum, avium, glandium, & nolarum. Recentiores quatuor alijs, & quidem à prioribus diverſis, Cordium, rhombulorum, ſpiculorum ſeu palarum, & trifoliorum.

51. Quartâ lunâ nati dicuntur, qui parùm feliciter ſunt nati. Nam quartâ ſilentique Lunâ, ac quarto à Lunæ coitu die, mulierum menſes defluunt. Et illi qui enormi hoc concubitu, non obſervato à parentibus naturæ ordine, tum concipiuntur, partus fiunt Lunares, id eſt, ſtupidi, ſtolidi, mon-

di, monſtroſi, & ad nullas functiones habiles.

52. Membra ſacri Romani Imperij principaliora in quaternionem etiam diſtributa ſunt, utpote in quatuor ſæculares Electores: in quatuor Duces: in quatuor Marchiones: in quatuor Lantgravios ſive Comites provinciales: In quatuor Comites caſtrenſes, vulgò Burggravios: in quatuor Comites: in quatuor Barones ſive Liberos: in quatuor Milites: in quatuor Caſtra ſeu Burgas: in quatuor Villas: & in quatuor Ruſticos.

53. Quatuor ſunt regna, in quibus non jure hereditario, ſed electione Rex declaratur, Danicum, Polonicum, Ungaricum, & Boëmicum.

54. Quatuor Stapulas ſeu Emporia, in diverſis regnis, cōfœderatæ Urbes Anſæ, principum privilegijs egregiè communita, habent: Londinæ in Angliâ: Brugis in Flandriâ: Bergis in Norvegiâ: & Neugarti in Ruſsiâ.

55. Zenaticæ Philoſophiæ ſtudioſi vinum probare ſolebant his quatuor, odore, ſapore, nitore, colore. Noſtra ætas modis quinque experimentum capit de vino, juxta verſus,

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
Hielmst 2558 8° [18,-72]

Vina probantur odore, ſapore, nitore, colore.

Antiquior autem Bacchi ſocietas tribus erat contenta, Vinum C O S laudantes, id eſt, quod præſtabat colore, odore, ſapore. Noſtra ætas modis quinque experimentum capit de vino, iuxta verſus.

Si bona vina cupis, quinq; hæc laudantur in illis,
Fortia, formoſa, & fragrantia, frigida, friſca.

56. Quatuor fuerunt Labyrinthi, Creticus, Aegyptius, Lemnius, & Italicus.

57. Quatuor ſunt catholici cardinales divinorum eloquiorum interpretes: Hyeronimus, Auguſtinus, Ambroſius, & Gregorius.

58. Quatuor in jure Canonico commendantur concilia, Nicenum, Conſtantinopolitanum, Epheſinum, & Chalcedonenſe.

59. Quatuor animalia vitam hominis longè ſuperant, Cornix, Cervus, Corvus, & Phœnix, ut apparet ex Virgiliano terraſticho.

Ter tria ſæcla hominis transſmittit garrula cornix
Et quater egreditur cornicis ſæcula cervus,
Alipedem cervum ter uincit corvus, & illum
Multiplicat novies Phoenix reparabilis ales.

60. Quatuor ſunt limites Germaniæ, ut ex ſubjectis verſibus patet.

Rhenus ab occaſu, Viadri ſed flumen ab ortu,

Clauſe-

Clauſerunt fines Teutona terra tuos.
Aëriaq́; Alpes immotum limes ad Auſtrum,
Balthicus ad Boream terminat oceanus.

61. Quatuor linearum fuit antiquiſsima Muſices ſpecies choralis, & ſunt adhuc quatuor vocum cantus, videlicet, Diſcantus, Altus, Tenor, & Baſſus.

62. Quatuor, ut fabulantur Poëtæ, ſunt Apollinis ſive Solis equi, quatuor diurnæ circuitionis qualitates demonſtrantes. Pyrois, id eſt rubens, eò quòd primo mane ſurgentibus á terrâ vaporibus, Sol rubeat. Eous, id eſt, candicans, eò quòd exhalatis ſeu diſſolutis vaporibus candeat. Aëthon, id eſt ardens ſeu coruſcans, quòd Sole jam medium cæli tenente, lux ejus fiat coruſca & fervida. Phlegon, id eſt, nigricans, eò quòd adveſperante die Sol terram petat, id eſt, ad occaſum vergat.

63. Quatuor item Apollinis ſoror Diana facies monſtrat. Primis enim ſeptem diebus dimidiata ſemiorbem oſtendit. Secundis totum orbem complet, fitque plenilunium. Tertiis efficitur dimidiata. Quartis fit coitus Lunæ cum Sole, quod vocatur interluniũ. Similia myſteria latent ſub prædictis omnibus, quæ diſcutere, & debitis ſignificationibus explicare, præſentis non eſt inſtituti,

quemadmodum nec illud, quod ijdem Poëtę, Plutoni quatuor eſſe equos, fingunt, quorum nomina ſunt Orneus, Aethon, Nicteus & Alaſtor. Boc. cap. 6. lib. 8. licet alij tres ponant. Sed hæc exempla huic capiti ſufficiant.

CAPUT III. DE NUMERO QUINARIO.

EX primo pari & primo impari naſcitur Quinarius, cujus in divinis ſcriptis & philoſophiâ, magna etiam eſt conſideratio.

1. Pentateuchum, ſeu quinque libros Legislator Moyſes conſcripſit, videlicet, Geneſin, Exodum, Leviticum, Numerorum, & Deuteronomium.

2. Quinque ſunt Civitates, quæ imbribus igneis conflagrarunt. Gen: 19.

3. Quinque ſunt vectes de lignis ſetim, ad continendas tabulas unius lateris tabernaculi, & quinque alij ad alterius coaptandas tabulas, & extra hos quinque alij vectes ad occidentalem plagam tabernaculi. Exod. 36.

4. Ante

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
Hielmst 2558 8° [18,-72]

4. Ante quinq; columnas oppanſum erat operculum, arcens eos qui erant in ambitu. Exod. 36.

5. Quinctam partẽ domino, cui damnum intulerat, convictus delicti, præter omnia illa quæ per fraudem voluit obtinere, reddere jubetur. Lev. 5.

6. Quincto anno, ab arborum plantatione, fructibus veſci permittit Dominus. Lev. 19.

7. Peccans in ſanctos, tantundem reddere jubetur, & ad illud quinctas adjicere. Lev. 23. id eſt, ſi quis quinque ſenſuum opus perverterit, & debito honeſtoque officio aliquem defraudaverit, oportet eum integros illos Domino reſtituere, & alios quinque interiores adjicere, firmum ſcilicet benè agendi propoſitum, ſi Deo ſatis ex alle facere voluerit. Quinque item ſiclos offerri jubet Dominus, ab uno menſe uſque ad quinctum annum, pro maſculo. Levit: 27.

8. Quinque reges Madianitarum occiduntur. Num: 31.

9. Quinque ſunt filiæ Salphaad. Num: 27.

10. Quinq; Reges Amorrhæorum adverſus Gabaonitas in prælium conſpirant, quòd ſe ſociaſſent ad filios Iſraêl, id eſt, animæ rationali, cùm ſe verbo Dei ſociaverit,

verit, pugna paratur adverſus quinque corporis ſenſus.
11. Quinque fuerunt Philiſtinorum provinciæ, & iuxta harum numerum Philiſtini, arcam Domini remittentes, faciunt quinque anos aureos, & quinque mures aureos, 1. Reg: 6. Quibus deſignatur memoria peccatorum, per quinq; ſenſus commiſſorum.
12. Quinque lapides limpidiſsimos ſibi eligit Dauid ex torrente, & eorum uno occidit Goliam. 1. Reg: 17.
13. Quinque ſunt civitates in terrâ Aegypti, loquentes linguâ Chanaan. Ezech. 19.
14. Poſt quinq; dies, ſi Dominus non venerit in adjutorium, primates Betulienſes Holoferno civitatem tradere conſentiunt. Iud: 7.
15. Quinque talenta homo quidam peregrè proficiſcens tradit ſervo ſuo, qui iſtis quinque, quinque alia talenta, lucratur. Matth. 25.
16. Quinque virgines ſapientes exeunt in occurſum ſponſo, & quinque virgines fatuæ occurrere remorantur. Ibid.
17. Quinque panibus hordeaceis & duobus piſcibus, quinquies mille viros, Matth: 14. ſaturat Dominus, exceptis pueris ac mulieribus, quæ cenſeri non ſolent, atte-
ſtante

ſtante Moyſe. Num. *1.* & *26.* qui bis populum Iſraëliticum luſtrat, relictis feminis, quarum procul dubio, ſi non major, certè etiam non minor fuit numerus. Videre etiam licet ex hiſtorijs, quòd feminæ viros numero vincant. Atque id primùm Athenis experientia comprobavit, ubi mulierum numerus urbi nomen impoſuit. Nec ita pridem Venetiis, cùm cenſus ageretur, tametſi in eam urbem peregrini confluant, nihilominus tamen mulierum numerus, duobus amplius millibus, mares ſuperavit. Id ſive fiat, quòd deteriorum major, quàm bonorum, copia: ſive quòd eædem à bellis, à peregrinationibus, ab omnibus periculis terraque marique, in quibus aliquot millia virorum quotannis pereunt, ſint immunes, ego non habeo affirmare. Id autem Lacedæmone planius intellectum eſt, poſt legem teſtamentariam. Ibi enim tres agri partes ad feminas perveniſſe proditum eſt, cùm maſculi vix duas partes poſsiderent. Ex eo fit, inquit Peripateticorum princeps, in *3.* Polit. ut etiam hodie maritis imperent, à quibus blandiſsimæ dominæ appellantur: Sed ego his occino:

Ille viri non eſt gener ſo nomine dignus,
Qui dominâ patitur ſe muliere regi.

18. Quin-

18. Quinque paſſerculi veneunt aſsibus duobus. Luc: 12.

19. Propter quinq; juga boum empta invitatus recuſat cænâ frui magnificâ. Luc: 14.

20. Ad quinq; ſuos fratres nuncium mitti petit dives epulo. Luc: 14.

21. Quinque viris uſa fuerat Samaritana ad libidinem. Ioan. 4.

22. Quinque vulnera capitalia Chriſtus in ſuo corpore pertulit.

23: Quinque porticus habebat piſcina Betheſda, in quibus jacebat magna multitudo languentium, aquę motum exſpectantium. Johan: 5.

24. Quinarius etiam nuptijs ſacer fuit. Priſci enim matrimonium contrahentes, quinque Deorum patrocinio indigere putabant, Veneris, Suadæ, Dianæ, Iovis, & Iunonis.

25. Ad nuptiale convivium non plures, quàm amicos quinque, & amicas totidem ex latere paterno, & totidem ex cognatis propinquis vocari, Plato de legibus voluit. Uſitatum quoque fuit ut quinque faces in nuptijs tantùm accenderentur.

26. Mulieres quinque geminos uno partu poſſunt gignere, quod ipſum atteſtatur Ariſtoteles, ſcribens, Mulierem quandam

vigin-

viginti filios, quatuor partubus edidiſſe, De Nat: anim: lib. 7. cap. 4. Et Cajus ff. lib. 22. Serapim Alexandrinam liberos quinque uno partu narrat enixam.

27. Quinque ſunt genera viventium: Deus; Angeli, Dæmones ſeu genij, homines, & bruta.

28. Quinque ſunt mundi habitatores ſeu animalium genera: Homines, bruta quadrupedia vel bipedia; reptilia, natantia, & volatilia.

29. Aquila & hirundo non niſi quinq; pullos in lucem edunt.

30. Quinque ſunt ſenſus, quibus animata ab inanimis maximè ſecernuntur: Viſus, guſtus, tactus, auditus, & olfactus, quòd ſubindicare viſus eſt Propheta Moyſes, cùm animaliũ creationẽ die quincto factam aſſerit.

31. Quinq; circulis ęquidiſtantibus cęlum deſcribitur, duobus polaribus, nimirum Arctico & Antarctico, totidẽ ſolſtitialibus, videlicet Tropico æſtivali & Tropico hyemali, & horum medio æquinoctiali.

32. Quælibet hominis manus quinque conſtat digitis, & quilibet digitus tribus oſſibus. Totus autem homo oſsibus ducentis & novendecim, Dentibus triginta duobus, Et trecentis ſexaginta quinque venis

con-

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
Hielmst 2558 8° [18,-72]

conſtitutus eſt. Unde vulgares hi verſus.

Oſſibus ex denis, bis centeniſq; novenis
Conſtat homo, denisbis dentibus & duodenis,
Ex trecentenis decies ſex quinqueq; venis.

Atqui hoc in loco ſilentio præterire non poſſum, quòd ſoli dentes inter omnia oſſa ſentiant ſenſu tactus, quòdque in viris interdum plures, in mulieribus pauciores numerentur.

33. Quinque his, ſequenti tetraſticho incluſis, puella ſi fuerit ornata & decorata, dotata ſatis eſt.

Quam ducturus es, hæc habeat P. quinq; puella,
Sit proba, ſitq; etiam pulcra, pudica, pia.
Hæc ſatis eſſe putas, & poſſunt ſorſitan eſſe,
Tum tibi ſufficient, cùm quoq; Plutus adeſt.

34: In quinq; claſſes à Servio Tullio Populus Rom: erat diviſus, ut meminit Liuius Lib. *1.* ab urbe cond: Hinc eſt proverbium illud, primæ claſsis homo, id eſt maximæ auctoritatis homo, & quintæ claſsis homo, id eſt auctoritatis minimæ & ultimæ exiſtimationis. Quinta enim claſsis erat ultima. Sed his miſsis perſcrutemur Senarium.

CAPUT IV. DE NUMERO SENARIO.

EX perfectis omnibus, quorum quatuor tantùm ſunt, teſte Bodino, videlicet, *6. 28, 496,* & *8128*, nec plures intra centum millia, primus eſt ſenarius, qui potiſsimùm mores habitum ac naturam feminarum, ut Septenarius marium, immutat, ijſq; ſexto quoque anno certiſsimam ſui notam imprimit. Priori enim anno ſexto, corporis & animi robur illis augetur, duodecimo puberes fiunt, decimo octavo nubiles, & plerunque in his & reliquis ſenarjis, ſi morbi incurrant, periclitantur. Sicut illud ipſum antiquiſsima vetuſtas, & divinus Plato, pares numeros feminis, impares verò maſculis attribuens, comprobant. Perfectum autem Mathematici definiunt, qui in eaſdem partes integras, ex quibus conflatur, ut nihil deſit aut ſuperſit, dividitur. Ut ſenarium partiri licet ex tribus numeris *1, 2, 3,* in partes integras, ac ex ijſdém conflatur. Errant igitur, affirmante Bodino, qui Ternarium & Denarium etiam perfectos & plenos appellant. Senarij, de

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
Hielmst 2558 8° [18,-72]

quo nobis ſermo eſt, amantiſsimus fuit totius mundi machinæ fabricator Deus.

1. Is enim perfecit ſex diebus cælum & terram, ac omnem ornatum eorum, unde etiam dictus numerus mundi ſignaculum appellatur:

2. Idem primæ creationis ſexto die, ex limo terræ; ad imaginem; ſuam Adamum, ejuſque ex coſtâ Evam, condidit. Gen: 1.

3. Adamus rurſum ſextâ horâ ex paradiſo fuit ejectus.

4. Sex diebus voluit Iova, ut manna Iſraelitæ colligerent. Exod. 7.

5. Sex diebus voluit ut operarentur. Exodi. 20.

6. Sex diebus ut ſeminarent, & congregarent fruges terræ. Exod. 20.

7. Sex annis ſerviebat domino ſuo Hebræus. Ex: 21.

8. Sex diebus gloria Domini inclinabat ſuper montem Synai, cooperiens illum nube. Exod. 24.

9. Sex diebus cum arcâ Domini & clangentibus tubis urbem Hiericho circumire Dominus Ioſuam jubet. Ioſ: 6.

10. Sex nati ſunt filij Davidi in Hebron, ubi regnavit ſex menſibus & annis ſeptem. 2. Par. 9.

11. Sex

11. Sex ſunt quæ dicit Dominus, & ſeptimum deteſtatur anima ejus. Proverb: *6.*

12. Sex alarum Seraphin ſuper templum ſtantem videt Eſaias, cap: *6.*

13. Sexto menſe factum eſt verbum Domini in manu Aggæi Prophetæ. Agg: *1.*

14. In ſextâ mundi ætate, Chriſtus, ut humanum genus morte ſuâ redimeret, in carne apparuit.

15. Sexto menſe, annuntiante Archangelo, Virgo Maria, hauſto divino ſpiritu, Redemptorem noſtrum concepit. Luc: *1.*

16. Et ſextâ horâ juxta puteum ſedens fatigatus, mulieri Samaritanæ divini fontis fluenta aperit. Ioha. *4.*

17. Sexto ante Paſcha die Chriſtus Lazarum mortuum reſuſcitavit. Ioa: *11.* Idem feriâ ſextâ, & horâ ſextâ, cruci affixus ſpiritum emiſit, ut ita pro hominis ſexto die creati, & ſextâ horâ lapſi, peccato, eâdem die ſextâ & horâ ſextâ moriendo ſatisfaceret. Quod verò unus Euangeliſtarum horâ tertiâ dixerit, id non effectu, ſed linguâ debet intelligi Eſtque hic myſterium illud obſervandum, quòd in paſsione Domini Euâgeliographi, non meridiei mentionẽ faciant, ſed horæ tâtùm ſextæ, quæ nihil aliud, quàm meridia-

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
Hielmst 2558 8° [18,-72]

num tempus oſtendit, ut ita ſubindicarent, pro homine in Sexto die formato, & ſextâ horâ lapſo, requiri ſacrificium in eâdem horâ.

18. A ſextâ horâ ad nonam uſque, tenebræ ſuper omnem terram factæ ſunt, in paſſione Chriſti.

19. Idem ſextâ horâ in die Aſcenſionis cum diſcipulis diſcumbit.

20. Sextâ horâ Petro in exceſſu mentis fit vocatio omnium gentium, per ſubmiſsionem vaſis cælitus demiſsi. Act. 10.

21. Sex armaturæ genera contra tentationes numerantur à Paulo: Veritas, Iuſtitia, Pax, Fides, Spes, & Verbum Dei.

22. Sex ſunt opera corporalia pietatis, Paſcere eſurientem, potare ſitientem, colligere hoſpitem, veſtire nudum, viſitare infirmum, & adire incarceratum, quæ hoc carmine continentur.

Veſtio, poto, ciboq́ue, recolligo, viſito, condo,

Et ſex ſpiritualia, quæ hoc verſu notantur.

Inſtruo, caſtigo, fero, ſoloŕque, oro, remitto.

23. Sex millia annorum durabit mundus, & deinde conflagrabit, juxta vaticinium Eliæ.

24. Sex ſunt ætates mundi. Prima ab A-

dam

dam uſque ad Noë. Secunda à Noë uſque ad Abraham. Tertia ab Abraham uſque ad Dauid. Quarta à David uſque ad tranſmigrationem Iudææ in Babyloniam. Quinta à tranſmigratione Babylonis uſque ad adventum Servatoris in carne. Sexta ab humili adventu Chriſti, uſque quo mundus finiatur.

25. Sex hodie numerantur Vandaliæ urbes, Lubeca, Hamburgum, Roſtochium, Sundium, VViſmaria, & Lunæburga.

26. Sex ſunt inteſtina hominis, Duodenum, Iejunum, Ilion, Cæcum, Colon, & Rectum.

27. Sex ſunt nutritivam potentiam conſervãtia, Aër, ſomnus & vigilia, evacuatio, cibus & potus, motus & quies, & affectus animi.

28. Sex annos lepores vivere, & totidem annos mures, Ariſtoteles tradit, & apud Maronem lib. 4. Georg. muſcarum generibus quibuſdam, puta veſpis, & apibus, quarum alvearia quoque ſunt ſexangulari formâ conſtructa, ſex anni attribuuntur.

29. Sextorum nomen fatale fuiſſe urbi Romæ verſus vulgò noti oſtendunt.

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
Hielmst 2558 8° [18,-72]

Sextus Tarquinius, Sextus Nero, Sextus & iſte eſt,
Semper ſub Sextis perdita Roma fuit.

30. Redolet quoque myſterium, quòd horum vocabulorum quodlibet, videlicet femina, conjux, mulier, marita, ſex abſoluta contineat elementa, naturâ ita deſtinante, & forſan ſubindicante, quòd ut femina ultima eſt diei ſexti creatura, ita etiam ſex litteris nomen ejus conſtare debeat, cùm contrà, Mas, Vir, vocabula, tribus tantùm conſtent litteris, ad denotandam Trinitatem, cujus ipſe effigiem gerit. Pluribus exemplis ſuperſedeo, & ad Septenarium, cujus in omnibus rebus major uſus, me accingo.

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
Hielmst 2558 8° [18,-72]

CAPUT V. DE NUMERO SEPTENARIO.

EXtra omnem controverſiam eſt, Septenarij numeri tàm in rebus divinis, quàm humanis, myſticum eſſe intellectum. Tanta enim ejus eſt in veteri teſtamento celebritas, tanta in novo ejus auctoritas, tanta in omnibus Ethnicorum ſcriptis ejus reputatio, ut quidquid ſacrum & venerandum, quidquid indefinitum & magnum, quidquid ſingulare & notabile, dictum, creditum, habitum, omne id Septenario fuerit ſignificatum, comprehenſum, concluſum. Suntque de ejus dignitate & ſignificatione, non tantùm à Pythagoricis multa tradita, ſed & ab Eccleſiaſticis ſcriptoribus plurima. Auguſtinus ſignificatorem Spiritusſancti: Cyprianus voluntatis & operationis divinæ indicem: Macrobius, Varro, & Galenus perfectum eum nominant. Quod Bodinus lib: 4. cap: 2. de Repub: mordicus negat: Arguens & Lactantium, qui Ternarium &

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
Hielmst 2558 8° [18,-72]

Denarium perfectos, & Ciceronem qui Septenarium &Octonarium plenos dixerunt, erroris. HENRIcus Ranzovius myſticum & mirabilem, in ſuo de Climactericis annis libello, ex quo multa hujus capituli mutuati ſumus exempla, eũ appellat, eò quòd ex duobus numeris, videlicet ex toto impare Ternario, & toto pari Quaternario conſurgat. Quòd præterea, ut nullus alius, dividi poſsit, primò in unionem & ſenarium, deinde in binarium & quincuncem, poſt in ternionem & quaternionem, & tandem ex ſeptem unitatibus conficiatur. Quodque ex varijs figuris compoſitus multas formas admittat, & ſolus ex omnibus numerorum ſpeciebus ſtet, permaneat, & quieſcat, nec actionem ſentiens nec paſsionem, nec materiam, nec formam: Sed ne longius à metâ divagemur, exemplis in medium adductis, initium à ſacris, finem in profánis facturi, hujus numeri dignitatem, præſtantiam, & prærogativam conſtabiliemus, firmabimus, & corroborabimus.

1. Deus opt: max: in primá mundi conditione, ab omni ſuo opere, ſex diebus patrato, ſeptimo die requievit, ei uni benedixit, eum unum ſanctificavit, eumque ad conſummationem uſque mundi, ſacrum, etiam

Iudæis,

Iudæis, à quibus natalis mundi idem dies dicitur, eſſe voluit.

2. Septuplicem pœnam, qui Cainum eſſet interfecturus, Dominus minatur. Gen: 4.

3. *Septimus à primo vitam qui ducit Adamo,*
In cælum ſolido eſt corpore raptus Enoch.

4. Noë ex omnibus animantibus terræ, jubente Domino, ſeptena & ſeptena, item è ſingulis volatilium generibus ſeptem, ſecum in arcam abduxit. Gen: 7.

5. Septimo ab ingreſsione ejuſdem in arcam die, aquarum illuvies omnem terram inundat. Ibid.

6. Septimo menſe, ſeptimo & decimo die, requievit arca ſuper montem Ararat. Gen: 8.

7. Septem fuerunt filij Iaphet Gen: 10.

8. Septem agnos, cùm pro puteo fœdus percuteret cum Abimelech, Gen. 21. Abrahamus in teſtimonium fidei juratæ offert.

9. Septem annos ſervivit Iacobus Laban pro filiá ejus natu minore Rachel, & alios ſeptem pro natu majore Liâ, Gen: 29.

10. Laban perſequitur Iacobum fugientem ſeptem diebus, priuſquam eum comprehenderet. Gen: 31.

11. Iacobus, priuſquam ex Meſopotamiâ rediens, fratrem accederet, ſepties cadens

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
Hielmst 2558 8° [18,-72]

in terram pronus adorat eum. Gen. 33.

12. Pharao videt in ſomnijs ſeptem boves pulcras & craſſas nimis, & poſt id alias ſeptem fœdas & macie confectas unâ vice; alterâ verò ſeptem ſpicas pullulantes in culmo uno plenas & formoſas, & totidem tenues ac uredine percuſſas, devorãtes priorum pulcritudinem. Quod ſomnium myſticum, interpretante Ioſepho, ſequuti ſunt ſeptem anni fertilitatis, & ſeptem anni ſterilitatis. Gen: 41.

13. Septem erant filiæ Sacerdoti Madiam, quarum unam, Zephoram nomine, ducebat Moyſes. Exod: 2.

14. Servus Hebræus anno ſeptimo nanciſcebatur libertatem. Exod: 20.

15. Ager ſeptimo anno requieſcebat à labore agriculturæ ferendo. Exod. 21.

16. Aureum candelabrum cum ſeptem brachijs, & totidem lucernis, Deus ſibi adornari voluit. Exod. 25. Per candelabrum denotabatur Chriſtus, univerſum terrarum orbem illuminans, per ſeptem lucernas candelabri, ſeptem dona Spiritusſancti credentium animos illuminantia, ut ex Apocalypſi, & Zachariâ conſtat.

17. Septem diebus ſummi ſacerdotis conſecratio conſummebatur. Exod. 29.

18. Se-

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
Hielmst 2558 8° [18,-72]

18. Septem diebus immunda erat mulier, quæ pepererat maſculum. Levit: 12.

19. Septem diei inſpectione leproſi à ſacerdote judicabantur, Et leproſi nondum rectè agniti, ſeparabantur ab alijs, diebus ſeptem. Ibid.

20. Purificati à leprá extra tabernaculum manere cogebātur ſeptem diebus. Levit: 13.

21. Bovem, ovem, capram ſeptem dies natam, Dominus ſibi offerri voluit. Levit. 22.

22. Septem diebus, ſeptimo menſe, feſtum Tabernaculorum celebrari. Levit. 23.

23. Septimo anno ſabbatum terræ indici, & ſeptimo menſe, poſt ſepties ſeptem annos, qui faciunt quadraginta novem, Iubilæum promulgari juſsit. Levit: 25.

24. Septem diebus immundus erat, qui tetigerat cadaver hominis. Num: 19.

25. Balaam maledicturus Iſraël, ſeptem aras ædificat, eiſdemque totidem vitulos, totidemque arietes imponit. Num: 22.

26. Septimo anno Iudæi tàm ſervos manumittere, quàm debitoribus ſuis debita condonare jubebantur. Deut. 15.

27. Singulis ſeptem annis, ut legeretur Deuteronomion publicè in feſto Tabernaculorum, Moyſes conſtituit. Deut. 31.

28. Se-

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
Hielmst 2558 8° [18,-72]

28. Septem Sacerdotalibus tubis clangentibus Iericho corruit. Ioh: 6.

29. Samſon diebus ſeptem fecit nuptias: Idemque ſepties rogatus ſeptimo die problema expoſuit: Idem ſeptem vinculis nerviceis ligatus fuit à Philiſtinis. Idem in ſeptem capitis ſui cincinnis habuit fortitudinem ſuam. Iud. 24. & 26.

30. Septimo menſe arca fœderis, poſtquam capta, ad Iſraëlitas redijt. 1. Sam: 6.

31. Anna mater Samuelis in Cantico ſuo ita canit: Sterilis peperit ſeptem, & quæ multa erat in filijs, infirmata eſt, 1. Reg: 2. id eſt, quæ antea eram ſterilis, nunc Prophetam illum Samuelẽ procreavi, qui mihi erit inſtar ſeptem, id eſt, numeroſæ prolis loco.

32. Salomon ſeptem feſtos dies celebrat, & omnis Iſraël cum eo. 3. Reg: 8.

33. Elias ſeptem vicibus orat Orientem verſus, ut imploraret pluviam. Atque ſeptimà prece, apparuit puero ſepties ad intuendum nubes miſſo, nubecula, futuram pluviam ſignificans. 3. Reg. 18.

34 Naaman Syrus ſepties lotus in Iordane à leprâ mundatur. 4. Reg: 5.

35. Heliſeus reſuſcitans puerum mortuum, ſepties incurvat ſe ſuper eum, 4. Reg: 4. & 8.

36. Amici Iobi, qui Septem habebat filios, ſedent

ſedent cum eo in terrâ ſeptem diebus & noctibus. Iob: 2.

37. Idem Iob vir ſanctus & in ſcholâ Dei exercitatiſsimus, ait; In Sex tribulationibus liberabit te Dominus, & in Septimâ non tanget te malum. Iob. 42.

38. Septẽ numerãtur pſalmi pœnitentiales.

39. Regius pſaltes cultum ſuum divinum prædicans, ait pſalm. 119. Septies in die dixi laudem tibi, id eſt, aliquoties, vel ſemper laus ejus in ore meo.

40. Salomon dicit, ſepties in die cadit juſtus & reſurgit, impij verò corruunt in malum. Septies hic ſignificat ſæpius. Proverb: 24.

41. Eſaias filijs Zion minatur, Septem mulieres unum virum apprehenſuras, eiq; dicturas, veſtiemus & ſuſtentemus nos ipſas, ſine nos tuo de nomine vocari, cap. 3. Id eſt plures mulieres unum virũ apprehendent.

42. Septimum caput Eſaiæ continet vaticinium de Emanuele.

43. Idem ſeptem recenſet dona Spiritus ſancti, Sapientiam, intellectum, conſilium, fortitudinem, ſcientiam, pietatem, & timorem Domini Cap: 11:

44. Rex Nabuchodonoſor inter beſtias degebat annos ſeptem, & gramine veſcebatur, ut Da-

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
Hielmst 2558 8° [18,-72]

ut Daniel ei ex ſomnio prædixerat. Dan: 4. Qui deinde in lacum, in quo ſeptem erant leones, injicitur.

45. Sara filia Raguelis ſepties deſponſata, neque ulli nupta fuit. Tob: 6

46. Septem pyramides, parentibus & fratribus, ſtatuit Simon Ionatæ. 1. Mac: 13.

47. Septem fratres Hebræos Rex Antiochus carne ſuillâ veſci nolentes, ad ſupplicium crudele rapi jubet. 2. Maccab: 7.

48. Quinimò ex novo Teſtamento apparet, ſeptenarium Chriſto, ejuſque diſcipulis in venerabili fuiſſe conſideratione. Primò omnium Herodis immanitatem devitans Ioſeph, cum puero in Aegyptum aufugit, ubi per ſeptennium latitat.

49. Chriſtus docet diſcipulos ſeptem petitionibus, quæ rurſum ſepties ſeptem verbis ſunt concluſæ, orare. Matth: 6. Lucæ 11.

50. Et de diabolo dicit: Immundus ſpiritus rediens in domum ſuam, unde exierat, adjungit ſibi ſeptem alios ſpiritus ſceleratiores ſe. Matth: 12. & Luc: 11.

51. Idem ſeptem panibus & paucis piſciculis in ſolitudine refecit quater millia hominum, non numeratis muliebri ſexu & pueris, iiſque omnibus ſaturatis, ſuperfuerunt

runt ſeptem ſportæ fragmentorum, Matth: 15. Mar: 8.

52. Septem fratres unam & eandem mulierem duxerant, unus poſt alium, interrogatus Chriſtus cujus è ſeptem mulier illa in reſurrectione erit. Matth. 22. Mar: 12.

53. Eſt & illud Sacramentum Eucharíſtiæ ſeptenario expreſſum. Matth: 26. Accipite, & comedite, hoc eſt, corpus meum.

54. Et ibidem illud lamentantis. Triſtis eſt anima mea uſque ad mortem.

55. Septimus & ſeptuageſimus invenitur Chriſtus ſecundum generationes, quas Lucas cap: 2 .commemorat, ut ultionem in Lamech ſeptuageſies ſepties, id eſt 490. ſumendam, veniens terminaret.

56. Septem dæmonia Chriſtus ejecit ex Mariâ Magdalenâ. Luc:8.

57. Septimâ horâ relictus eſt â febre Reguli filius. Ioan: 4.

58. Septies locutus eſt in cruce pendens mediator noſter Chriſtus, ſicut apud Euangeliographos legimus, & viri ſancti jampridem religioſè obſervarunt.

59. Se-

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
Hielmst 2558 8° [18,-72]

59. Septies idem Chriſtus ſanguinem effudiſſe legitur. 1. In circumciſione. 2. In horto, ubi ſudor ejus fuit inſtar guttarum ſanguinis. 3. In corporis flagellatione. 4. In capitis coronatione. 5. In manuū perforatione. 6. In pedum crucifixione. 7. In laterum opertione.

60. Septem quoque partibus corporis ſanctiſsimus cruor ejus effluxit. 1. Ex dorſo cùm flagellatus fuit. 2. Ex capite, cùm ſpineâ coronâ implexum fuit. 3. & 4. Ex manibus duabus, 5. & 6. Ex duobus pedibus, tribus clauis cruci affixus cùm eſſet, 7. Ex latere, quod lanceâ miles aperuit ei in cruce pendenti, ſicuti hæc apud Euangeliſtas commemorantur.

61. Septies idem edidit diverſa & magna miracula, 1. Aquam in vinum mutans, 2. Paraliticos ſanans. 3. Cæcis viſum reddēs. 4. Claudis greſſum reſtituens, 5. Dæmoniacos curans, 6. Turbas multorum millium paſcens ſemel quinque panibus & duobus piſcibus, & rurſus ſeptem panibus, nonnulliſque piſcibus, 7. Mortuos reſuſcitans.

62. Septimo die Chriſtus in ſepulcro requevit.

63. Septies diverſis in locis poſt reſurrectionem apparuit mulieribus & diſcipulis.

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
Hielmst 2558 8° [18,-72]

64. Cum ſeptem diſcipulis poſt reſurrectionem epulatur. Ioa: *21.*

65. Septies ſeptem diebus, ſeu ſeptem ſeptimanis, à reſurrectione retroactis, miſit Paracletum Spiritum ſanctum. Act: *6.*

66. Ac plura quidem Chriſtus, qui & ſeptem habebat diſcipulos piſcatores, ſeptenario concluſit, cùm in poſtremis vitæ limitibus cum Apoſtolis loqueretur, ſicut habent Latina Evangelia. Nam Hebraicum Matthæi deſideratur, qui ſolus ex quatuor Evangeliſtis Hebraicum ſcripſit Evangelium, quod D. Hieronymus, ſe vidiſſe & legiſſe, & exſcripſiſſe, teſtatur. Totus autem Hebraicus ſermo numeris eſt fundatus, quem punctis & ſtigmatibus imprimunt characteribus, ſic, ut ſi illis puncta, nobis certè ipſa verba Chriſti multùm ſint numeranda, multùm ponderanda. Nec id propterea dico, tanquam Magiam, aut Cabaliſticam artem velim inducere, ſed ut etiam atque etiam conſideremus providentiæ Dei ſapientiam: quæ cùm ab initio mundi uſa ſit numero ſeptenario (benedixit enim diei Septimo & quievit) in reliquis rebus magnis & illuſtribus hunc quoque numerum ſervaverit.

67. Quin & Dei opt: max: laudi & gloriæ

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
Hielmst 2558 8° [18,-72]

Septenarius attribuitur. Nomen enim Dei Meſsias, ſive Emanuel, ſeptem litteris conſtat, quòd cùm veteres animadverterent, in nomine Emanuelis & Meſsiæ datam prærogativam ſeptenario, eum admirati ſunt.

68. Septem ſpectatæ probitatis viros, plenos Spirituſancto & ſapientiâ, in Diaconos eligebant diſcipuli. Act: *6.*

69: Septem fratres ad Cornelium Spiritu ſancto baptizandum, evangelizaturi venerunt. Act: *11.*

70. Septem viri fuerunt prænunciati per Angelum antequam gignerentur. Iſmaël, Iſaac, Samſon, Ieremias, Ioannes Baptiſta, Iacobus frater Domini, & Ieſus Emanuel.

71, Septies in ſacris legitur, homines ex morte vitam recepiſſe, ante reſurrectionem Domini. Primus fuit Sareptanæ filius ab Eliâ in vitam reductus. *3.* Reg. *17.* Secundus Sunamiditis filius ab Eliſæo reſuſcitatus 4. Reg: *4.* Tertius, miles, qui in ſepulcrum Eliſæi conditus, quaſi ex igne exſiluit. 4. Reg: *13.* Quarta, filia Iairi, præfecti ſynagogæ, Matth: *9.* Mar: *5.* Quintus, viduæ filius in civitate Nain. Luc: *7.* Sextus, Lazarus. Ioh: *11.* Septimò, quòd multa Sanctorum, qui obdormierant, corpora reſurrexerint. Matth: *27.*

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
Hielmst 2558 8° [18,-72]

Matth.27.Octauus fuit ipſe filius Dei Chriſtus, qui poſt toleratum ſalutis noſtræ cauſsà ſupplicium, ex morte in vitam redijt. Et poſt ejus reſurrectionem, etiam Petrus Tabitam mortuam revocat in vitam. Act: 9. Et Paulus Eutychum Act: 20.

72. Apoſtolus Paulus ad ſeptem ſcribit gentium Eccleſias, octava enim Hebræa à pleriſque extra numerum ponitur.

73. Idem Paulus ſcribit epiſtolas numero bis ſeptem, quę ter ſeptem vocantur epiſtolæ catholicæ.

74. Ejuſdem admirabilis & venerandi ſeptenarij numeri, etiam in ſingulis fermè ſuæ Apocalypſis capitibus, meminit Ioannes, qui per myſterium ſeptem ſtellarum, quas vidit in dexterâ Dei, ad ſeptem Angelos Eccleſiarum, & per ſeptem candelabra aurea, ad ſeptem Eccleſias in Aſiá, mandata divina mittere iuſſus eſt. Apoc: 1.

75. Idem videt ſeptem lampades ignis ardentes ante thronum Dei, quæ erant ſeptem ſpiritus Dei. Apoc: 4:

76. Et in dexterâ ſedentis ſuper thronum librum ſeptem ſigillis ſignatum. Apoc. 5,

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
Hielmst 2558 8° [18,-72]

quem nullus in cælo, id eſt, Angeli, nullus in terrà, id eſt homines, nullus ſub terrâ, id eſt ſpiritus, aperire potuit, ſed leo de tribu Iudâ, radix David, id eſt Chriſtus.

77. Idem Ioannes vidit in medio throni agnum, habentem cornua ſeptem, & oculos ſeptem, qui ſunt ſeptem ſpiritus Dei, miſſi in omnem terram. Apoc: 5.

78. Et ſeptem Angelos ſtantes in conſpectu Dei, cum tubis ſeptem. Apoc. 8.

79. Et ſeptem tonitrua, loqui voces ſuas Apoc. 10:

80. Et Draconem habentem capita ſeptem, inque capitibus ſuis diademata ſeptem. Apoc: 12.

81. Et beſtiam aſcendentem ex mari capitibus ſeptem. Apoc. 13.

82. Et Angelos ſeptem, habentes ſeptem plagas noviſsimas, & ſeptem phialas aureas plenas iracundiæ Dei. Apoc: 15.

83. Et mulierem ſedentem ſuper beſtiam coccinam, plenam nominibus maledicentiæ, habentem capita ſeptem, quæ fuerunt montes ſeptem, ſuper quos mulier ſedebat & Reges ſeptem.

84. In Euangelio itidem ſeptem prophetiæ de Chriſto reperiuntur, quarum prima fuit uxoris Pilati, dicentis: Nihil tibi ſit cum juſto

juſto illo, multa enim paſſa ſum per viſum propter eum. Matt: 27. Secunda, Pilati dicentis: Innocens ſum à ſanguine hujus juſti. ibid: Tertia, dæmonij dicentis, quid mihi tecum eſt Ieſu fili Dei altiſsimi, obſecro te, ne me torqueas. Luc: 8. Quarta, Turbarum referentium: Hic eſt verè propheta, hic eſt Chriſtus. Ioan. 7. Quinta, Nunquam locutus eſt homo, ſicut hic: Ioan: 7. Sexta, cùm dicerent Iudæi: Hic eſt Ieſus Propheta à Nazareth. Matth. 21. Septima, Centurionis & militum aſſerentium: Verè filius Dei erat iſte. Matth. 27.

85. Sed & ipſa oracula Chriſti ferè ſeptenario numero verborum ſunt comprehẽſa, velut illud comminantis, Væ væ homini, per quem ſcandalum venit. Matth: 18. Et illud mandantis. Si vis ad vitam ingredi, ſerva mãdata. Matth: 19. Et illud interrogantis: Poteſtis calicem bibere, quem ego bibiturus ſum. Matth: 20. Et illud imprecantis ficulneæ: Nunquam ex te fructus naſcatur in ſempiternum: Matth: 21. Et illud adagium, Ubicunque fuerit corpus, ibi congregabuntur & aquilæ. Matth: 24. Et illud maledicentis, Diſcedite à me maledicti in ignem æternum, Matth: 25. & illud axioma: Multi enim ſunt vocati, pauci verò electi Mat. 22.

 86. Sic

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
Hielmst 2558 8° [18,-72]

86. Sic & apud Ioannem, ſeptenarij numeri ſunt verba Chriſti hæc. Ego ſum via, & veritas, & vita. Nemo venit ad patrem niſi per me. Philippe, qui videt me, videt & Patrem. Non relinquam vos orphanos, veniam, ad vos. Si quis diligit me, ſermonem meum ſervabit. Pacem relinquo vobis, pacem meam do vobis. Sicut mandatum dedit mihi pater, ſic facio. &c.

87. Septem ſunt apud Græcos vocales, quæ hoc modo collocatæ (ΙΕΗΩΟΥΑ) nomen Dei, Euſebio referente, exprimunt: quod veteres dixerunt ineffabile, non ob ſyllabarum collectionem, aut vocis prolationem inhibitam (quanquam poſtremæ ætatis inſcitia & ſuperſtitio Iudæis id perſuaſit) ſed quòd æterna & infinita Dei eſſentia, quæ nomine Iehova ſignificatur, comprehendi mente, aut exponi oratione nequaquam poſsit.

88. Nec tantùm, ut ſuperius quoq; diximus, ex ſacris litteris apparet, Deum ſeptenario majorem in modum delectari, eumq; numerum multũ myſterij in ſe habere, ſed & tota rerum natura, argumenta hujus rei præbet illuſtria. In cælo habemus ſtellas errantes ſeu Planetas ſeptem, quibus nomina falſiſsimorum Deorum indiderunt in-

ſtinctu

inſtinctu diaboli, priſci illi, quẽadmodum & multis ſignis cæleſtibus, quæ in nomina pietatis,virtutis,& potentiæ actioniſq; Deificæ converti oportebat, ut dæmoniorum nomenclaturâ omiſſâ, virtutis polectamenta,non vitiorum,in ore haberemus. Et hæc non mea ſolius eſt, ſed multorum veterum fuit ſententia. Sunt autem Saturnus,Iupiter, Mars, Sol, Venus, Mercurius, Luna, quos Euclides hiſce verſibus incluſit.

Septem volvuntur ſtellanti in lumine cæli,
Errabunda regunt quæ noſtrum ſidera ſeclum,
Phœbe noctivaga,& triſtis Saturnus, Apollo
Dulcis, amica Venus, Mars audax, aliger Hermes,
Naturæq; parens,& ſtirpis Iuppiter auctor.
Hæc mortale regunt hominum genus, iſta colunt nos
Luna,Venus,Sol,Mars,Saturnus,Iupiter, Hermes.

Qui ſeptem, ſeptem Septimanæ cujuſque diebus,appellationem ſuam & nomina,ſuo de nomine præbent.

89: IIdem Planetæ,Crinito lib: 12. cap. 2. aſſerente,ſingulares humani corporis quaſdam partes regunt Sol,caput & cor : Mercurius,linguam & os:Saturnus,ſplenẽ : Iupiter,epar: Mars,ſanguinem: Venus, renes & genitale ſemen : Luna, ſtomachum. Et reliqui hiſtorici tradunt,animã humanam

recipere quaſdam virtutes peculiares ab influxu Planetarum. A Saturno, ratiocinationem & intelligentiam. A Iovè, vim agendi. A Marte, animoſitatis ardorem: A Sole, ſentiendi opinandique naturam: A Venere, deſiderij motum: A Mercurio, pronunciandi, interpretandique vim: A Lunâ, naturam plantandi corpora.

90. Et naturalium rerum perſcrutatores, lapillos, gemmas, & metalla ſingulis Planetis convenire confirmant. Soli aurum; Lunæ argentum; Saturno plumbum nigrum: Iovi æs utrumque; Marti ferrum & chalybem: Veneri plumbum album; Mercurio electrum.

91. Septem ſunt Plejades ſeu Virgiliæ, videlicet Electra, Alcinoë, Celeno, Merope, Aſterope, Taygete, & Maja.

92. Septem ſunt Hyades, Eudora, Ambroſia, Paſithoë, Coronis, Plexauris, Pytho, & Tythe.

93. Ipſe quoque Zodiacus, & ſolis motus ſeptenario non vacat. Nam in ſeptimo ſigno fit ſolſtitium à brumâ: In ſeptimo, bruma à ſolſtitio; in ſeptimo æquinoctium ab æquinoctio. Deinde ab oriente ſigno quodlibet ſemper ſeptimum occidit, & ab occidente ſemper ſeptimum oritur.

94. In Lunâ quæ Planetarũ ſeptima; ſeptenarius quoq; ſuá vim declarat. Ea enim quater ſeptem diebus curſum ſuum periodicum conficit, & ſingulis ſeptem diebus, ut tradit Seleucus Mathematicus, ſepties figuram mutat. Ex obſcurâ & non apparente fit cornuta, deinde dimidiatâ ſui parte cæſa: poſt concava ac gibboſa, mox plena & rurſus occidendo concava & gibboſa, & tandem ſimiliter ſui dimidiâ parte cæſa & cornuta Lunula.

95. In mari etiam eaſdem vices inducit ſeptenarius. Eurypus ſepties de die & ſepties de nocte fluctibus invicem verſis, adeò immodicè fluit, ut ventos etiam, ac plenis velis navigia fruſtretur.

96. Oceanus quoq; in incremento æſtuum maritimorum ſeptenarium ſervat. Primo enim naſcentis Lunæ die fit copioſior ſolito. Secundo die diminuitur pauliſper, & ſic tertio, & uſq; ad ſeptimum. Deinde iterum creſcit paullatim per ſeptimum diem, uſq; ad plenilunium, & ſic deinceps.

97. Eundem numerum, ſingulis diebus ac noctibus in creſcendo ac deſcreſcendo, ſecũdum Lunę ortum & occaſum, Oceanus etiã occidentalis ſequitur. Ná ſex integris horis creſcit, & ſeptimâ rurſum decreſcit: Et de-

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
Hielmst 2558 8° [18,-72]

inde ſeptimâ rurſus adventante augeſcit, ita ut nominatâ horâ perpetua fiat mutatio in mari occidentali, fluminibusque in illud influentibus, ut Tameſi, Scaldi, Albi, Storâ, Eidorâ, Viſurgi, Heverâ &c.

98. Padus Italiæ fluvius, Zenocaro teſte, ſeptem ſtagna efficit.

99. Halcyones in mari Siculo, ſeptem ante Brumã diebus, nidos faciunt, & totidem ſequentibus pariunt.

100. In jure civili ſeptem teſtes, ad teſtamenti veritatem arguendam, requiruntur.

101. In criminalibus quoque de jure Saxonico requiruntur ſeptem teſtes.

102. De jure Prætorio ſuccedunt cognati uſque ad ſeptimum gradum.

103. Nullum divortium erat ratum, niſi adhibitis ſeptem civibus Rom: puberibus. L. nullum. ff. de diuortijs.

104. De jure veteri ad ſeptimum gradum prohibita erat connubiorum contractio.

105. Germania in ſeptem metropoles Archiepiſcoporum ſedes diviſa eſt, in Moguntinenſem, Colonienſem, Treverenſem, Magdeburgenſem, Saltzburgenſem, Bremenſem, & Rigenſem, quarum prima ſub ſe viciſsim duodecim Epiſcopatus: Secun-

da quinq;: Tertia tres: Quarta quatuor: Quinta novem: Sexta ſex: Septima quatuor continet.

106. Septem ſunt in Galliâ Parlamenta, id eſt, ſupremæ Curiæ, ad quas appellatur, & juſtitia adminiſtratur: Pariſienſis, Tholoſana, Rhotomagenſis, Burdegalenſis, Divionenſis, Aquenſis, & Grationopolitana.

107. Sic in inferiori Germaniá ſeptem ſunt Prætoria à quibus appellatio non admittitur, videlicet Parlamentum Maclinienſe, Cãcellaria Brabantiæ, Cancellaria Geldriæ, Cancellaria Tranſyſulanæ, Senatus Friſiæ, Senatus Trajectenſis, & Senatus Hannoniæ.

108. Et totidem ſunt Prætoria à quibus appellatio admittitur, Flandrenſe, Hollandicum, Artheſienſe, Lucenburgenſe, Namurcenſe, Inſulenſe, & Tornacenſe.

109. Ibidem quoque oppida majora portas habent plerumque ſeptem, ſeptem vias militares, & ſeptem parochias.

110. Septem ſunt artes liberales, quas Cicero humanitatis ſtudia appellat, & Poëta quidam hoc diſticho comprehendit.

Gram: loquitur, Dia: vera docet; Rhe: verba colorat,

Mus:

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
Hielmst 2558 8° [18,-72]

Mus: canit, Ar: numerat, Geo: ponderat, Aſt: docet aſtra.

Sunt autem Grammatica, Dialectica, Rhetorica, Muſica, Arithmetica, Aſtronomia, & Geometria.

111. Septem etiam ſunt, juxta vulgarem verſum, artes illiberales ſeu manuariæ principes.

Lana, nemus, miles, aqua, rus, medicina, fabrilis,

Id eſt lanificium, venatoria, militia, nautica, agricultura, medicina, architectura.

112. Septem olim fuerunt ſapientes Græciæ; Thales Mileſius, Solon Salaminius, Chilon Lacedæmonius, Pittacus Mitylenæus, Bias Pryenæus, Cleobolus Lindius, & Periander Corynthius.

113. Roma olim dicta fuit ſepticollis, à ſeptem montibus, muro à Romulo incluſis, qui ſunt Capitolinus, Palatinus, Aventinus, Cælius, Exquilinus, Viminalis, & Quirinalis. Ianiculus autem & Vaticanus extra Tybrim fuere.

114. Ex antiquis monumentis conſtat, Romæ olim fuiſſe 1500. templa, hodie ſunt itidem nō pauca, ſed ex ijs, ſeptem indulgētijs præcipuè celebria, Lateranenſe, D. Petri. D. Pâuli, D. Mariç majoris, D. Laurentij, D. Fabiani & Sebaſtiani & Sanctæ Crucis.

115. A fide dignifsimis refertur, Treverim urbem antiquiſsimam, à ſeptem Regibus Ethnicis inhabitatam olim fuiſſe.

116. Urbs conſtantinopolitana ſeptem cõtinet colles, quemadmodum Roma, & ſeptem conjunctas turres, in quibus Turcicus conſervatur theſaurus.

117. Praga ſimiliter habet ſeptem colles, ſecundum Celtem:

Viſa non vrbs eſt meliore cælo,
Fertili glebâ tua Praga cincta eſt,
Explicat ſeptem hæc ſpacioſa colles
Ambitu murorum imitata magnæ
Mœnia Romæ.

118. Septies decem & tres Civitates, Anſeaticæ dictæ, fœdus inter ſe Anno 1272. pepigere. Earum caput Lubeca,

Ardua ſeptenas oſtentat ad æthera turres,
Gloria Vandalici, lausq; decusq;, ſoli.

119. Roſtochium, urbs ad Varnam celeberrima, & patria mea amantiſsima, ſepties ſeptem rebus, quarum nonnullæ hâc tempeſtate noſtrâ interiére, antiquitus gloriari ſolebat. 1 Septem Curiæ turriculis. 2. Septem à foro deſcendentibus plateis. 3. Septem januis templi D. Mariæ. 4. Septem horologijs. 5. Septem Roſeti tilijs, 6. Septem Varnæ pontibus. 7. Septem regijs ſeu militaribus portis.

120. *Septem urbes certant de ſtirpe inſignis Homeri,*
Smyrna, Rhodos, Colophon, Salamin, Ios, Argos, Athenæ,

121. Septem ſunt oſtia Nili, quibus infunditur Oceano, Canopicum, Bolbitinum, Sebenniticum, Pathniticum, Mendeſicum, Tanicum, & Peluſiacum.

122. Septem oſtijs Danubius ſeu Iſter, in pontum Euxinum devolvitur.

123. Septemvir apud Romanos Magiſtratus nomen erat, & ſeptemvirale judicium, quod à Septemviris exercebatur:

124. Germania hodie Septicolumnis, à ſeptem Rom: Imp: columnis ſeu Electoribus dicitur, qui ſequentibus continentur verſiculis.

Moguntinenſis, Treverenſis, Colonienſis,
Atq; Palatinus dapifer, Dux portitor enſis,
Marchio præpoſitus Cameræ, pincerna Bohemus,
Regem Romanum ſtatuunt concorditer omnes.

125. Ludi Romani Romæ ſeptem durabant dies.

126. Septem fuerunt Romanorum reges, Romulus, Numa Pompilius, Tullius Hoſtilius, Ancus Martius, Tarquinius Priſcus, Servius Tullius, & Tarquinius ſuperbus.

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
Hielmst 2558 8° [18,-72]

127. Septem fuerunt Arabici Aſtrologi peritiſsimi.

128. Septẽ Duces Perſarum & Medorum.

129. Septem fuerunt Principes, qui in Monarchiâ Perſicâ Regem elegerunt, ſecundum Herodotum.

130. Septem fuerunt Præſides in ſingulis oppidis Iudaicis, probatæ virtutis & juſtitiæ cultores, ſecundum Ioſephum.

131. Septem fuerunt Duces, ſub quibus Hunni ſecundâ vice Pannoniam ingreſsi, conſederunt, ibidemque ſeptem caſtra ædificarunt, unde etiam ipſa provincia Siebenburg, id eſt, ſeptem caſtrorum nomen acquiſivit.

132. Septem olim apud Imp: Turcicum Cõſiliarij præcipui in domeſticis ac bellicis negotijs ſummæ rerum præerant, ipſorum linguâ Baſſæ appellati, quæ eſt maxima poſt Imperatorem dignitas.

133. Septem fuerunt primarij Turcicæ originis & familiæ Duces, qui poſt Tartaros langueſcentes, Aſiam minorem inter ſe partiti ſunt.

134. In quâlibet Eccleſiâ Epiſcopali ſeptẽ erant olim Diaconi. Ad cujus antiquitatis religioſam imitationẽ, in primario Archiepiſcopatus Colonienſis templo, ſeptem Sacerdotes ordinantur.

153. Pon-

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
Hielmst 2558 8° [18,-72]

135. Pontifex maximus ſeptem in locis accipit oſculum. Ad os, ad pectus, ad humerum, ad manus, ad brachia, ad genua, ad pedes.

136. Septem catholica Eccleſia Romana conſtituit Sacramenta. Baptiſmum, confirmationem, ſacrum ordinem, euchariſtiam, matrimonium, pœnitentiam, & extremam unctionem.

137. Plutarchus volens prçclaras virtutes Heroum oſtendere, ſeptenariâ nomenclatione contentus eſt. Erat, inquit, in Alexandro ingenium, in Cyro ſpiritus, in Ageſilao temperantia, in Themiſtocle ſolertia, in Ariſtide juſtitia, in Philippo experientia, in Pericle ſcientia regendæ Reipublicæ.

138, Septem ſunt vitia capitalia, Superbia, ira, invidia, acidia, avaritia, gula, & luxuria.

139. Septem, quas præmiſiſſe oportebat, Virtutes principes, Fides, ſpes, charitas, juſtitia, fortitudo, temperantia, & patientia.

140. Septem ſunt mundi mirabilia, Pyramides Nili, Turris Pharia, Muri Babylonis, Templum Dianæ Epheſiæ, Mauſoleum Artemiſiæ, Coloſſus ſolis, & Simulacrum Iovis olympici.

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
Hielmst 2558 8° [18,-72]

141. Venuſtum adagium eſt apud Eraſ: Chil. 1. Cent. 3. Septem convivium, novem convicium. Quod admonet, in convivivm paucos eſſe adhibendos, alioqui fore tumultuoſum atque inſuave.

142. Argentum igne purgatum ſepties mundiſsimum habetur.

143. Saccharum ſepties igne examinatum & percoctum, nil quidquam ulterius proficit, ſed lapideſcit penitus, unde proverbium vulgo uſurpatur, de re ſummam perfectionem adeptâ, Septimæ decoctionis ſaccharum, ubi ſagaciſsimum quempiam, atque vaferrimum hominem deſignamus.

144. Memorabile eſt, quod Hermolaus Barbarus ait: Aquam deſtillatam ſepties putrefactam purgatamque, non putreſcere amplius, quòd terreſtris omnis ſubſtantia toties exinanita ſit, prorſuſque defæcata ab omnibus ſordibus, quæ illi putredinis cauſſa exſtitit.

145. Septenis vicibus demorſi à cane rabioſo, in aquam profluentem immergi ſolent, non, ut puto, numeri hujus ſuperſtitione, ſed ut efficacius virus eluatur.

146. Proverbio dicitur, tantam inopiam virorum fore, ut ſeptem mulieres pro uno viro ſint depræliaturæ.

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
Hielmst 2558 8° [18,-72]

147. Septenarij tempus etiam à Medicis frequenter admodum obſervatur, aſſerentibus, cùm in uterum mulieris genitale ſemen fuerit illapſum, (ita enim demum hæſiſſe in vitam pronunciatur) primis ſeptem diebus coagulari & conglobari, fieriquе ad capiendam figuram idoneum. Septimâ iterum hebdomadâ, id eſt nono & quadrageſimo die, totum hominem in utero abſolvi. Ante menſem ſeptimum neminem ſalubriter ac ſecundum naturam naſci poſſe. Septimo menſe naſci perfectum partum, eumque legitimum eſſe, quibus ſubſcribit I.C. Paulus L. 12. ff. de ſtatu hom.

148. Per Septenarium homo naſcitur, formatur, vegetatur, & creſcit, Et per ſeptenarium deſinit, deficit, & tumulatur. Septem enim pedum ſufficit urna ſeu ciſta mortuis: ſicut & de Alexandro Magno legimus,

Cui ſatis heu magnus, dum viueret, haud fuit orbis,
Huic ſeptem ad tumulum ſufficit urna pedum.

Atqui mũdus, græce κόσμος dictus, quàm eſt longus tàm eſt latus, & homo à Philoſophis μικροκόσμος dictus, quàm eſt latus tã eſt longus. Et quidem cùm longiſsimus eſt, ſeptem ſuos pedes eſt longus, nec eandem menſu-

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
Hielmst 2558 8° [18,-72]

menſuram excedit, niſi ſit monſtruoſus, & notabiliter malè ſignatus. Certè omnibus mortuis ſeptempedalis ciſta ſufficit ad ſepulcrum.

149. Natus homo poſt ſeptem dies jactat reliquias umbilici. Poſt bis ſeptem dies incipit ad lumen viſus ejus moveri. Poſt ſepties ſeptem dies liberè jam & pupillas & totam faciem convertit ad motus ſingulos videndorum objectorum. Poſt ſeptem menſes dentes ejus incipiunt mandibulis emergere, ijdemque intra ſeptimum annum labuntur, & renaſcuntur pueris, & uſque ad quintum & quadrageſimum annum, Galeno teſte, creſcunt, ac enutriuntur. Poſt bis ſeptem menſes ſedet infans ſine cadendi timore. Poſt ter ſeptem menſes ſonus infantis in verba prorumpit. Poſt quater ſeptem menſes non ſolùm ſtat firmiter, ſed & incedit. Poſt quinquies ſeptem menſes incipit puer lac nutricis horreſcere: niſi forte ad patientiam longioris uſus continuatâ conſuetudine protrahatur invitus.

150. Poſt ſeptem annos, dentes, qui primùm emerſerant, alijs aptioribus ad cibum ſolidum naſcentibus cedunt, eodemq; anno plenè abſolvitur integritas loquendi.

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
Hielmst 2558 8° [18,-72]

Unde & ſeptem vocales litteræ vocis humanæ exprimendæ gratiâ dicuntur inventę, quas Græci, alijq́ue ſervant: licet Romanorum ſermo, eaſdem modò longas, modò breves pronunciando, quinque pro ſeptem tenere maluerit, quos reliquæ nationes (ab illis linguam mutuatæ) ſequutæ ſunt. Poſt annos bis ſeptem, ipsâ ætatis neceſsitate, puer pubeſcit, & vis generationis in maſculis, purgationis verò in femellis oritur. Poſt ter ſeptenos annos, id eſt *21*, barba naſcitur, vox mutatur, ac incrementum in longum deſinit. Quartâ hebdomade annorum impletâ, id eſt, *28.* incrementum in latum finem facit, & homo augmentum roboris conſequitur. Quinto ſeptennio, id eſt *35*, nuptias appetit, & proli, operam dat. Sextò ſeptennio, id eſt *42.* vis intelligendi maturatur. Septimo ſeptennio, id eſt *49.* matureſcit in homine prudentia, & fit ætas perfecta, ac incipit ſeniũ. Octauo ſeptennio, id eſt *56.* tàm in bellis, quàm in pace actâ conſilijs & eloquijs ornatur. Nono ſeptennio, id eſt *63.* vires decreſcunt, fiuntq́ue homines propter inſtantem mortem religioſiores. Cùm verò ad decadas ſeptenarij, id eſt *70.* perventum ſit, rota vivendi tum

peracta eſt, Davide ſubſcribente, qui hoc ipſo ætatis anno moriens, finem vitæ ſibi præſagijt: Dies noſtri ſeptuaginta ſunt anni &c.

151. Septenarius in membris humanis quoque eſt admirabilis. Septem corporis partes hominem perficiunt, Caput, pectus, venter, manus, & pedes. Septem ſunt gradus in corpore, qui dimenſionem altitudinis, ab imo ad ſuperficiem, complent: Medulla, os, nervus, vena, arteria, caro, & cutis. Septem ſunt corporis partes in aperto, Caput, pectus, manus duæ, pedes duo, & pudendum. Senſus in reliquis animantibus quinque ſunt, in homine ſeptem: præter enim odoratum, guſtum, tactum, viſum, & auditum, homo memoriâ & intellectu præditus eſt. Septem motibus omne corpus movetur, aut antè, aut retrò; aut ſurſum aut deorſũ, aut ad dexterã, aut ad ſiniſtram, aut in orbem rotatur. Collum ſive vertex, ſeptem habet vertebras. Caput ſeptem neceſſarijs inſtrumentis utitur, binis oculis, binis auribus, binis naribus, & ore, per quod mortalia, ut ait Plato, intrant, & exeunt immortalia. Septem cranij oſſa conjuncta ſuturis videntur. Septem nervorum paria in corpore humano reperiun-

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
Hielmst 2558 8° [18,-72]

tur. Septem ſunt foramina capitis, per quæ ſenſuum celebrantur officia, os, bini oculi, binæ aures, binæ nares. Septem excrementorum corporis excernendorum ſunt meatus; Ex oculis promanant lacrymæ. Per nares purgationes capitis. Per os ſalivæ. Inſunt & geminæ cloacæ, per quas derivantur ſuperfluitates corporum, altera antica, altera poſtica. Sextus eſt per totum corpus ſudoris profluvium. Septimum locum occupant aurium ſordes.

152. Septem horarum ſpacio circumſcribitur ſomnus naturalis hominis.

153. Septem dies inediam paſsi, etiamſi diutius vixerint, moriuntur tamen.

154. Septem ætates hominum continentur hoc diſticho.

Infans, inde puer, adoleſcens, poſt iuvenis, vir,
Subſequiturq; ſenex, poſtea decrepitus.

155. September ſolus ex omnibus menſibus à ſeptenario nomen habet, & multarum mutationum, variorumque caſuum parens eſt. Eo enim maximi orbis principes interierunt. Eo graves inundationes eruperunt. Eo gravia incendia, & genus malorum contigit majus, quàm in nullis alijs.

156. Septenarij naturam, neſcio an quis ſatis elevare queat: cùm ea multò ſit præſtantior, quàm ut ulla facundia poſsit exprimi. Unde non immeritò etiam patribus in veneratione fuit habitus, ut ex plurimis eorum ſcriptis & ſequenti oratione ſive precatione, nuper ab illuſtri Heroë Henrico Ranzovio, in antiquo libro Eccleſiaſte repertâ, & mihi benignè communicatâ, videre datur.

ORATIO PRAEAMBULA ad Canonicum ſervitium ſeptem horarum.

SEpties in hoc die laudem tibi dicam Domine, memor operum tuorum magnorum nimis & mirabilium, quibus univerſa ſeptem diebus ab initio condidiſti: Memor præterea ſeptiformis gratiæ tui ſanctiſpiritus; cujus in ſingulis ſeptem horis Canonicis, quas ego indignus ſervo, & regulari inſtituto tuæ Eccleſiæ, ad laudem tui ſancti nominis, coram te hodie dicere propono, ſingula mihi obſecro dona gra-

tiarum

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
Hielmst 2558 8° [18,-72]

tiarum largiri dignare: quatenus in illo tuo beatiſsimo ſpiritu, ſeptemque ſuis muneribus abundè repletus: & velut columnis ſeptem, quas in domus ſuæ ædificationem, ſapientia excidit ſuffultus, per circulum ſeptem feriarum, quibus in orbem repetitis tempora volvuntur: perque decurſum ſeptem ætatum, quibus aſsiduè mortalis infirmitas ad mortem procedit; ita tibi placere merear, ut per laborioſum myſtici ſeptenarij, in ſeptem virtutum operatione, exercitium, ſeptem mortifera peccata, quæ ſunt ſeptem dæmonia, ab illâ Evangelicâ Mariâ, per Chriſtum ejecta, vitare valeam, ſeptemque nequiores ſpiritus, quos ille fortis armatus, ad hominum ſubverſionem, ſecum aſſumit, ſuperare, & tandem ad triumphalem Octonarium, id eſt, beatitudinem, poſt peractam præſentis vitæ militiam, perduci poſsim. Amen.

157. Septem dolores Mariæ ſemper virginis numerantur.

158. In ægrotis etiam, in ipſis fermè articulis ſeptimorum dierum, accidunt ſubitæ morborum converſiones, quæ aut oppreſſos perimunt, aut morbos eorum profligant. Unde & ſeptimus

dies

dies à Medicis dicitur Criticus, ſeu Iudicialis.

159. Ardentiſsimæ febres diebus ſeptem, aut bis ſeptem, aut ter ſeptem terminantur plerumque.

160. Atqui, ut finem huic capiti tandem imponam, Septimus quiſque annus eſt Climactericus, & rarò ſine inſigni aliquâ clade, notorio infortunio, & peculiari mutatione dilabitur, de quibus Climactericis in ſequenti capitulo, ne præſens in immenſum magis excreſcat, paullulum fuſius agemus.

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
Hielmst 2558 8° [18,-72]

CAPUT VI. DE ANNIS CLIMACTERICIS.

ANnorum Climactericorũ (qui à nonnullis Gradarij ſeu Scalarij, vel Scanſiles appellantur, quòd ex numeris, veluti per gradus ſcalarum, aſcendant & colligantur: A nonnullis Decretorij ſeu Critici, quòd in ijs de morbis, vitâ, & reliquo hominis ſtatu judicari ſoleat: Et à vulgo Climacterici, quòd Climacteras vitæ pericula fortunarumq; viciſſitudines, quæ in Septenarijs fiunt frequenter, Chaldæi vocitent) duo ſunt genera: Unum Hebdomaticorum ſeu Septenariorum, à Septenario numero ita dictum, Eorum primus eſt, annus *7*. Secundus, annus *14*. Tertius, annus *21*. Quartus, annus *28*. Quintus, annus *35*. Sextus, annus *42*. Septimus, annus *49*. Octavus, annus *56*. Nonus, qui & climactericus magnus, annus *63*. Decimus, annus *72*. Undecimus, annus *84*. Duodecimus, annus *91*. Decimus tertius, annus *98*. Decimusquartus, annus *105*. Decimusquintus, annus *112*.

Deci-

Decimusſextus, annus *119*. Decimuſeptimus, qui & Climactericus maximus, annus *126*. & ſic deinceps. Alterum genus eſt Enneaticorum ſeu Novenariorum, à numero novenario ita nuncupatum. Eorum primus Climactericus eſt, annus *9*. Secundus, annus *18*. Tertius, annus *27*. Quartus, annus *36*. Quintus, annus *45*. Sextus, annus *54*. Septimus, qui & Enneaticus magnus, annus *63*. Octauus, annus *72*. Nonus, annus *81*. Decimus, annus *90*. Undecimus, annus *99*. Duodecimus, annus *108*. Decimusquartus, annus *117*. Decimusquintus qui & Enneaticus maximus, annus *126*. & ſic deinceps. Hi omnes, qui per ſeptem aut novem annos conſurgunt, & vitam hominis, velut per gradus, peragunt, Climacterici dicuntur, & magnas variaſque mutationes important, ita ut vel homines circa id tempus calumnijs impetantur graviſsimis, vel periculoſis divexentur morbis, vel detrimentum ac jacturam facultatum, aut valetudinis perpetiantur certiſſimam. Eſtque id adeo evidens, ut non in corporibus ſolùm & fortunis momenti habeat plurimùm, ſed ferè

omni-

omnibus in rebus, etiam in arboribus, quarum illæ, quæ molli ſunt ligno, quarto quoque anno: quæ verò duriore, ſeptimo aut nono amputari & detruncari ſolent. Quâ autem ratione per illos annorum circuitus morbi incrudeſcant, & tales viciſsitudines contingant (quamquam in eo omnes ſcriptores conſentiunt, quòd hoc ita fieri conſtet) à nemine hactenus ſatis explicatum eſt.

Seneca ingenuè fatetur, ſe per Philoſophiam exponere non poſſe, quare ſeptimus quiſque annus ætati ſignum imprimat. Marſilius Ficinus annorum dominium ſeptem Planetis, quibus etiam Aſtrologi ſingulas diei horas, & ſeptem hebdomadæ dies, atque in ipſo fetu menſes ordine ſeptem diſtribuerunt, dividendum aſſerit, & quòd Saturnus ſeptimo anno vitæ, ab initio ipſius præſit, & quum ab eo tanquam Planetarum ſummo, ad infimum (Lunam) gubernatio redeat: ut ſicuti locorum, ita & rerum magna fiat innovatio & immutatio. Cui ex parte Henricus Ranzovius ſubſcribit, aſſerens, Saturnum quidem eſſe præcipuam hujus rei cauſam, non tamen propter eam ſolummodò, quam Ficinus adfert rationem, ſed quòd plerumque ſit peregri-

nus,

nus, & à vitâ hominum alienus, quodque ſingulis ferè ſeptem annis ad quadratum loci, aut ſi minus ad contrarium naturæ ſigni, unde egreſſus eſt, perveniat. Quemadmodum enim Luna, quæ nobis proxima eſt, & motu celerrima, ferè ſeptimo quoque die, in contrarium ſignum ejus naturæ, unde egreſſa, progreditur, & inde Criticos producit dies, qui, experientiâ atteſtante, in morbis vel ad ſalutem, vel ad mortem, maximam adducunt mutationem: Ita Saturnus, qui motu eſt tardiſsimus, & tot annos ferè, quot dies Luna in uno ſigno cõmoratur, hos periculoſos & Climactericos annos operatur, hasq; mutationes fortunę ac humorũ cauſſatur, eò quòd Saturnus in generalibus temporum decretis, non minus momenti habeat, quàm Luna in diebus ſecundum Ptolomæum. Adjuvant illum & reliqui Planetæ, propterea quòd hi ſingulis ſeptem annis, una cum Horoſcopi profectione ad oppoſitum quadratumvè ſigni ad *6, 7, 8, 9,* & *12.* domum alicujus nativitatis perveniant, quæ ſunt loca adverſa, infortunata, & formiduloſa bonis & vitæ hominum. Et quòd ſemper ſeptimo quovis anno, Horoſcopus & Planetę omnes perveniãt profectione ad ſeptimã domum,

aut

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
Hielmst 2558 8° [18,-72]

aut ſignum oppoſitum, in quo ultimo præ-
lapſo ſeptenario anno fuerunt. Qui locus
eſt oppoſitus, naturæ contrarius, & ſemper
adverſus, ita, ut ſic Planetæ & Horoſcopus,
unà cum Saturno mutent ſtatum; & for-
tunam ex varijs & diverſis cauſsis, &
frangant, debilitentque; ac opprimant
naturam; & vitam his temporibus, ex
commotione & alteratione humorum.
Hæc ille. Addit & aliam cauſſam, ni-
mirum ſicut ſeptimo & nono menſe na-
ti, juſtam perfectionem, vel, ut Græci lo-
quuntur, *δύναμιν διαπλαστικὴν* obtinent;
ita quoque contingat, ut vita plurimo-
rum ad Climactericos uſque annos, in
quibus ſeptenarius numerus novenari-
uſque in ſe, quaſi in cyclum, recurrunt, pro-
ducatur, ibique abſolvatur, ac finiatur. Cui
affine eſt, quòd Deus opt: max: omnia in
numero & pondere diſpoſuerit ab æterno
æternus. Sit quæcunque velit cauſſa, cer-
tum tamen eſt, illa ex arcanis cæleſtibus
cauſsis omninò dependere, quum non ſo-
lùm dictis diebus & annis, in privatis homi-
nibus naturarum & fortunarum mutatio-
nes operetur, ſed etiam in imperijs, ac gu-
bernationibus, viciſsitudines magnas exci-
tet ac producat.

Inter

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
Hielmst 2558 8° [18,-72]

Inter nominatos autem annos periculoſiores ſunt, qui per tres hebdomadas annorum aſcendunt, ut ſunt *21, 42, 63, 84,* &c. Ac omnium horum periculoſiſsimus eſt Climactericus hebdomaticus nonus, ſeu, quòd unum eſt, Enneaticus ſeptimus, id eſt, Sexageſimus tertius, in quo cùm ſeptenaria ac novenaria mutatio, (quæ naturali quâdam, ſed latenti ratione damnoſa eſt, & perniciem, peſtem, diſcrimenque aliquod affert mortalibus) concurrat, & unum numerum efficiat, duobus intauſtis numeris in ſe verſis (continet enim in ſe novies ſeptenarium, & ſepties novenarium) etiam duplex malum, geminatumque diſcrimen incidere, actionumque & fortunarum mutationem, & humorum commotionem in corporibus majorem fieri neceſsariò, arbitrantur qui naturam aliquanto propius inveſtigando aſpiciunt. Dicitur idem annus Climacter ſenum ſeu Heroicus, quòd ſenibus & viris magnis plerumque ſit infeſtus ac fatalis, quodque, ut Gellius annotat, cùm periculo & clade aliquâ aut morbi gravioris, aut vitæ interitus, aut animi ægritudinis veniat. Quod ipſum teſtatur Cæſar Auguſtus, ſibi gratu-

latus

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
Hielmst 2558 8° [18,-72]

latus, in hunc modum ad filium ſcribens. Lætare mecum, Fili: tranſgreſsus enim ſum, omnibus ſenibus periculoſum, annum ſexageſimum tertium. Dicitur etiam â Graijs famoſo nomine Eſfractor, quòd humanam frangat debilitetque ſubſtantiam, quemadmodum hoc Firmicus Maternus aſtruit. Hæc obiter inſerere placuit, non ut fatalem Climactericorum præſtantiam hoc loco vobis commendarem, ſed ut totam vitam humanam, omneſque actiones, & fortunas noſtras myſtico ſeptenario conſiſtere, quaſi per tranſennam demonſtrarem.

Nunc deſcendemus
ad alia.

CAPUT

CAPUT VII. DE NUMERO DENARIO.

MAximus numerorum, quemadmodum viri docti volunt, eſt Denarius. Primus enim ex decem illis, non voci, ſed manui, & ſcripturę, id eſt, abaco neceſſarijs numerandi notis, videlicet, *1,2,3,4,5,6,7,8,9 0.* additionem patitur, & omnes centurias, omnes myriades, omnes milliones, ac univerſa numerandi genera, ſi circulo, quæ eſt nota ultima, & nihil per ſe ſignificans, ex reliquis novem, addideris unam atque alterã, complectitur. Unde in ſacris non minima ejus eſt reputatio. Dicitur enim primò numerus juſtitiæ, Abrahamo Patriarchâ monſtrante, Gen: *18.* Qui ſupplicationem à remiſsionis numero quinquagenario incipiens, & in denarium deſinens, imminente incendio ſupplex pro Sodomiticis deprecabatur hoc modo; ut ſi reperiatur in eis denarius, veluti quidam numerus juſtitiæ, id eſt. decem viri probi, detur eis venia à Deo, 2. Deinde appellatur myſticè numerus

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
Hielmst 2558 8° [18,-72]

quietis, eò quòd Noa, qui requies interpretatur, Decimus in generationibus exſtiterit, & requiem cum ſuis, alijs cunctis cataclyſmo pereuntibus, obtinuerit, & ſempiternam quoque cum Deo conditore ſuo, cui ſemper obediens, obtinebit.

3. Nominatur etiam numerus univerſitatis, ut qui primus numerorum limes: ex quo fit, ut conſummatæ tribulationis ſignificationem accipiat. Hác enim de cauſsâ Aegyptij Exod. *8, 9*, & *10.* plagis horrendis decem percuſsi ſunt, ut qui peccando nihil ſibi reliquum fecerant ad ſummam malitiam, perfecto pœnarum numero punirentur. Pœnæ autem illæ decem hiſce verſiculis includuntur.

Prima rubens unda eſt, ranarum plaga ſecunda,
Inde culex triſtis, poſt muſca nocentior iſtis,
Quinta pecus ſtravit, veſicam ſexta notavit,
Poſt ſubit & grando, poſt bruchus dente nefando,
Nona tegit ſolem, primam necat ultima prolem.

Vel hoc modo brevivs:

Sanguis, rana, culex, muſcæ, pecus, ulcera, grando,
Vermes, & tenebræ, peſtis primogenitorum.

4. Quin etiam eſt numerus Legis ſeu mandatorum Dei, Moyſi in monte Synai datorum, quæ decem Legis præcepta dividuntur in duas tabulas, quarum prima ex Ter-

nario

nario conſtans ad Deum ſpectat; altera ex Septenario ad proximum. Cumque harum trangreſſor homo ſit, etiam ab homine Decimas & primitias manuum ſibi offerri Deus voluit. Deut: *12.* Et Decimam partem de cunctis frugibus. Deut *14.*

5. Præter hæc ſæpè in Biblijs denarij fit mentio. Decem vicibus Iacobo mercedem ſuam mutaſſe legitur Laban, typum gerens Diaboli, inducentis hominem ad decem præceptorum tranſgreſsionem. Gen: *31.*

6. Tabernaculum Moſaicum decem cortinis erat ornatum: Exod: *26.*

7. Decimo die menſis primi populus aſcendit de Iordane. Ioſ: 4.

8. Decem viri eligebantur è centum ex omnibus tribubus Iſraël, ad pugnandum. Iud: *20.*

9. Decem argenti ſiclos promittit Ioab ſe daturum, qui Abſalonem interfeciſſet pendentem in arbore. 2. Reg: *19.*

10. Decem currus & decem millia peditum derelicti erant ex populo Ioachæ Regis ſalvi. 4. Reg: *13.*

11. Decimo menſe Eſther ducebatur ad cubiculum Regis Aſſueri. Eſth: *2.*

12. Decem viris parcebat Iſmaël. Ierem: *41.*

13. Decem bati implent chorũ. Ezech: *45.*

 14. De-

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
Hielmst 2558 8° [18,-72]

14. Decem virgines, quarum quinque fatuæ, & quinque prudentes, exire parant in occurſum ſponſo. Mat. 25.

15. Mulier, ex drachmis decem amittens unam, accendit lucernam. Luc: 15,

16. Decem viri leproſi, quorum unus ſaltem alienigena dabat gloriam Deo, mundantur. Luc: 17.

17. Decimas ſe dediſſe de omnibus gloriatur Phariſæus. Luc: 18.

18. Decem dies preſſuræ ſeu tribulationis prævidet Ioannes Apoc: 2. Id eſt, cùm Denarius ſit numerus perfectus, toto vitę tempore.

19. Decem puniendi Reges monſtrantur Apoc: 12.

20. Et beſtia decem cornua habens, & ſuper cornua decem diademata. Apoc. 13.

21. Quin & aliud myſterium in ſe habet hic numerus. Hebræi elemento Ioth: Græci litterâ Iotâ: Arithmetici ſigno I, additâ hac notâ O, Denarium notant, ſi jam ex dictis elementis primum auferas, habes initialem litteram nominis Ieſu, ſive Iehova.

22. Latini eundem numerum græcâ litterâ X. ſcribunt, quæ, ſi à ſummo ad imum rectè ducatur, figuram ſacratiſſimæ crucis, quàm Chriſtus ob decē præceptorū tranſgreſ-

greſsionem pro hominibus ſuſtinuit, exprimit, quod ipſum iridem myſterio non caret.

23. In homine quoq;, quem Philoſophus minorem mundum appellat, admirabilem vim habet Denarius. Decem enim hominis ſanguinei res ſunt, menſtruum, ſperma, plaſmativus ſpiritus, maſſa, humores, organicum corpus, vegetativa, ſenſitiva, ratio, & mens.

24. Præter hæc ſimplicia integralia, hominem conſtituentia, ſunt & hęc decē: Os, cartilago, nervus, chorda, ligamentum, arteria, vena, panniculus, caro, & cutis.

25. Decem partibus intrinſecus conſtat homo, ſpiritu, cerebro, pulmone, corde, hepate, felle, ſplene, renibus, genitalibus, & matrice.

26. Decem dierum jejunium indicebatur apud Aegyptios, qui ſacris Iſidis initiari volebat.

27. Tàm Barbari, quàm Græci, ad decem uſque numerant, quò ubi perveniunt, numeri progrediendi finem faciunt, decem ſuis digitis admoniti, ne ulterius procedant. Qui decem digiti, cùm dextram dextræ jungimus, fidem firmiſsimam promittentes, denarium quoq; referunt, tanquam fidei teſtem.

28. Quæcunq; in hoc orbiculari globo cō-

tinentur, decem categorijs ſeu prædicamẽtis cõſtant, videlicet, Subſtantiâ, quantitate, relatione, qualitate, actione, paſsione, habitu, ſitu, loco, & tempore. Quæ quidem omnia hoc elogio continentur. Alexander, Magnus, Imperator, Philippi Regis filius, comedendo, venenatus, hic, nunc, jacet, tumulatus. Et Peripateticorum gymnaſiarcha ratione diſtinxit ea in ſubſtantiam & accidentia, ſicut ex hoc diſticho apparet.

Summus Ariſtoteles trutinando cacumina rerum,
In duo diviſit quidquid in orbe fuit.

29. Decem numerantur Sybillæ vaticinandi ſpiritu afflatæ: Perſica, Libyca, Delphica. Cumæa, Erythræa, Samia, Cumana, Helleſpontica, Phrygia, & Tiburtina.

30. Philoſophi decem faciunt cælos, ſcilicet cælum Empyreũ, cælum chryſtallinũ, primum mobile, cælum ſtellatum, cælum Iovis, cælum Martis, cælum Solis, cælum Veneris, cælum Mercurij, cælum Lunę. Aegid: Rom: lib. 2. Comm: diſtinct: 2. Alij duodecim faciunt, addentes cælum Saturni, & cælum Trinitatis.

31. Decem homines faciunt populum, duo congregationem, tres collegium, quatuordecim vel quindecim turbam, quatuor porci, vel decem oves gregem. Bart: in L. Præt. ff. de vi bon: rap:

32. Decem dicuntur temporis partes, Annus, menſis, ſeptimana, dies, quadrans, hora, punctum, momentum, uncia, & atomus. Ex his annus continet duodecim menſes, vel 52. Septimanas & diem unum, ſeu trecẽtos ſexaginta quinque dies, & ſex horas. Menſis quilibet ſeptem dies. Dies rurſum quatuor quadrantes. Quadrans ſex horas. Hora quatuor puncta. Punctum decem momenta. Momentum duodecim uncias. Uncia quadraginta ſeptem atomos. Atomus indiviſibilis eſt. Autor in Ration: divin.

33. Decem computantur Rom: Imp: magnę provinciæ, Italia, Hiſpania, Gallia, Germania, Illyris, Græcia, Africa, Aegyptus, Aſia, & Syria. Sed olim, nunc fuimus Troës.

34. Decimas bonorum ſuorum Romani antiquitus Herculi conſecrabant, [vel quòd ipſe decimam partem boum, quos Geryoni abſtulerat, in Palatino immolarit, vel quòd Romanos, ab Hetruſcis decimari ſolitos, liberarit.

35. Decimos quosq; fluctuum inſultus, decumanos dictos, Nautæ formidant, & magnos appellant, unde Ovid: decimæ ruit impetus undæ, & de Triſt:

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
Hielmst 2558 8° [18,-72]

Qui venit hinc fluctus, fluctus ſupereminet omnes,
Poſterior nono eſt, undecimoq; prior.

36. Denique omnia dena perfectum quoddam in ſe habent. Nam & priſci, quidquid erat ingens, Decumanum vocabant: ut decumanum ovum, decumanum acipenſerem. Et longâ experientiâ obſervatum eſt, decimum quodque ovum majus naſci, & decimum quemque fluctum reliquis eſſe majorem, Feſto Pom: atteſtante, & Eraſmo in Adagijs, & Scaligero, ad quos candidum Lectorem remittimus.

CAPUT IIX. DE NUMERO DUODENARIO.

VT Denarius ex Ternario & Septenario, utroq; myſtico, ita Duodenarius ex quinario & ſeptenario, utroq; itidem myſtico, licet etiam ex alijs, conflatus eſt, & minimè poſtremum inter illos, qui alicujus eminentiæ & dignitatis habentur, locum occupat. Quare rectè facturus mihi videor, ſi ejus quoque hic conſiderationem inſtituero, exque magnis & multiplicibus ejus my-

ſterijs

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
Hielmst 2558 8° [18,-72]

ſterijs aliqua ſaltem recenſuero. Exordiar autem à ſacris.

1. Deus Abrahamo pollicetur duodecim prodituros ex Iſmaële Duces. Gen. 17.

2. Duodecim Iacob habebat filios. Gē: 42.

3. Duodecim tribus fuêre Iſraëlis. Exod: 1.

4. Duodecim columnis altare ædificat Moyſes. Exod. 4.

5. Duodecim ſunt fontes in Helym. Exodi. 15. Unde laſſatus valde populus Iſraël bibit. Quibus poteſt inſinuari, quòd deficiētes & pauperes, duodecim pietatis operibus, ſpiritualiter & corporaliter debeamus refrigerare.

6. Duodecim vitulos Domino immolat Moyſes. Exod: 24.

7. Duodecim gemmæ erant in epomide Aronis. Exo: 28.

8. Duodecim tintinnabula in veſte pōtificis.

9. Duodecim exploratores ad conſiderandam terrā Canaan ablegat Moyſes. Nu. 12.

10. Duodecim lapides mittunt in Iordanē, & totidem ex alveo ejus, quos Ioſua figit in loca caſtrorum, in teſtimonium, quòd ſiccis pedibus Iordanem tranſiſſent, levant Iſraëlitæ. Ioſ: 4.

11. Salomon Rex duodecim habebat Præfectos in Iſraël 3. Reg: 4.

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
Hielmst 2558 8° [18,-72]

12. Duodecim boum clunibus Rex Salomon æneum ſuum, in quo Sacerdotes mundarentur, mare impoſuit, quorum tres Aquilonem, tres Occidentem, tres Meridiẽ, & tres Orientem aſpicerent. 3. Reg: 7. Allegoricè inſinuans, Apoſtolos eorumq; ſucceſſores, cunctas orbis plagas, fide confeſſioneq́; Trinitatis, à peccatis mundaturos.

13. Duodecim cubitorum erat linea ambiens utramque columnam. Ibid.

14. Duodecim ex omnibus diſcipulos eligit Chriſtus Mar: 3. Numero hoc indicare volens operis ſui myſterium, ut videlicet mundi ſalutẽ, quã verbo prædicaturi erant, ſuo quoq; numero myſticè cõmendarent.

15. Per duodecim ſedes Apoſtolorum, judicantium omniũ numeroſitas, & per duodecim tribus Iſraël, univerſitas eorum, qui judicandi ſunt, demonſtratur. Matth: 19.

16. Mulierem duodecim annis profluvio ſanguinis obnoxiam ſalvam facit Chriſtus: Et duodecim annorum puellam mortuam reſuſcitat. Mar: 5.

17. Duodecim cophini fragmẽtorũ, quinq; millibus virorũ, duobus piſcibus & panibus quinq;, cibatis, ſuſtollũtur. Mar: 6. & Luc. 9.

18. Duodennis puer Ieſus in medio Doctorum in templo ſedet, audiens & interrogãs illos. Luc: 2.

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
Hielmst 2558 8° [18,-72]

19. Civitas Dei Ieruſalem duodecim habuit portas.Ioſep:

20. Ioannes in Apocal: ſuâ audit numerum ſignatorum Dei, videlicet ex tribu Iudâ duodecim millia. Ex tribu Ruben duodecim millia.Ex tribu Gad duodecim millia. &c. cap: 7.

21. Idem videt in capite mulieris coronam duodecim ſtellarum.cap: *12*.

22. Idem videt civitatem magnam, habẽtem portas duodecim,& in portis Angelos duodecim,& murum habentem fundamenta duodecim, inq; ipſis fundamentis duodecim nomina Apoſtolorum. cap: *21*.

23. Duodecim ſunt fructus ligni vitæ, & fructus ſpiritus.cap:*22*.

24. Duodecim nomina Deo ab Hebræis attribuuntur,à litterarum numero & characteribus aſſumpta, quorum Primum unius litteræ & ſyllabæ eſt. Secundum duabus litteris exprimitur, Tertium tribus ſyllabis & litteris enunciatur. Quarum quatuor, Quintum quinq;.Sextum Sex. Septimum ſeptem.Octavum octo:Nonum novem.Decimum decem litterarũ characteribus ſcribitur.Undecimũ Dei nomẽ litteris nõ exprimitur,velut ineffabile, ſed invocatur à peccatoribus,ad pęnitentię portũ confugiẽtibus.

Duode-

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
Hielmst 2558 8° [18,-72]

Duodecimum, duodecim exprimitur litteris,& ſonat Pater,Filius,& Spiritusſanctus.
25. Duodecim ſunt minores Prophetæ.
26. Duodecim annorum ſpacio, Iovis ſidus temperatum ſigniferum peragit.
27. Duodecim finguntur Herculis labores,à quibuſdam etiam plures.
28. In alijs rebus hic Duodenarius ſuam quoq; oſtendit eminentiam. Duodecim numerantur Zodiaci ſigna, quæ hoc diſticho comprehenſa

Sunt Aries,Taurus,Gemini,Cancer, Leo, Virgo,
Libraq;,Scorpius,Arcitenens,Caper,Amphora,Piſces.

Atq; horum ſignorum quodlibet,peculiari humani corporis parti attribuitur. Capiti, Aries:Cervici, Taurus: Humeris, Gemini: Cordi,Cãcer:Pectori &ſtomacho,Leo:Vẽtri,Virgo:Renibus,& vertebris,Libra:Genitalibus, Scorpio: Femoribus, Sagittarius: Genibus, Capricornus: Tibijs, Aquarius; Pedibus,Piſces. Manil.
29. Duodecim menſes annum volubili varietate conficiunt.
30. Duodecim horarum ſpacia diem, & totidem noctem complent.
31. Duodecim ventos Nautæ faciunt. Ab Orientali cardine illis oritur Apeliotes, id eſt, Sub-

eſt, Subſolanus, cui à dextrâ jungitur Circius ſive Chorus: à ſiniſtrâ Eurus ſive Vulturnus. Meridianum cardinem poſsidet Notus, id eſt Auſter, habetque à dextrâ Leuconotum, à ſiniſtra Libanotum. Occidentalem cardiné tenet Zephyrus. Huic à dextrâ jungitur Lips ſive Africus, à ſiniſtrâ Iapix ſive Favonius. Septentrionalem cardinem ſortitur Aparetias ſeu Septentrio, cui à dextrâ adhæret Traſias ſive Gracias, à ſiniſtrâ Boreas, id eſt Aquilo. Solettiores autem Nautæ in verſoriá & pixide ſuâ nauticâ duos & triginta ſtatuunt, duodecim illis non contenti, de quibus latius Lemnius lib: 3. cap. 3. de occultis Naturæ mirac.

32. Duodecim partibus as dividitur.

33. Duodecim ſtellis. Regina cæli coronata eſt.

34. Duodecim numerantur Dei præcipui ab Ennio.

Iuno, Veſta, Minerva, Ceres, Diana, Venus, Mars, Mercurius, Iovis, Neptunus, Vulcanus, Apollo.

36. Duodecim Martis Sacerdotes Numa Pompilius, Rom: Rex ſecundus, inſtituit.

36. Duodecim faſces Romæ Conſulibus præferebantur.

37. Duodecim fuéurnnt apud Rom: Tabularum leges.

38. Duode-

38. Duodecimo ætatis anno completo, viri potentes & puberes eſſe creduntur femellę, ſicut mares anno decimoquarto. Inſt. lib: 1.

39. Duodecim in utroque hominis latere ſunt coſtæ, quarum ſuperiores ſeptem vocantur coſtæ veræ, inferiores quinq; nothę, vel mendoſæ. Eſtque hic numerus tàm in viris quàm mulieribus æqualis, licet Eva ex Adami coſtâ condita ſit, & locus ille, ut legitur, à Deo carne rurſum concluſus. Fuerunt forſan antea tredecim coſtæ in viro, ex quarum ultima, ubi viri cinctus, mulier fabricata eſt.

40. Et creſcẽtia multa duodenario numero, Ariſtotele de nat: Anim: lib: 6. ſcribẽte, progrediuntur. Pavo duodecim ova ponit.

41. Lepus & cuniculus duodecies in anno, id eſt omni menſe, generant pariuntque.

42. Ad duodecimũ diẽ ſine potu Camelum perdurare poſſe, ſunt qui affirmant. Ejus femina duodecim mẽſibus à trimatu uterum fert.

43. Duodecim ſunt animi affectus, Lætitia, triſtitia, ſpes, metus, amor, odiũ, ira, miſericordia, pudor, invidentia, zelus, ęmulatio.

44. Duodecim ſunt Ftanciæ Pares, quos hoc loco, quemadmodum & plura exẽpla, libens volensq; prætereo.

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
Hielmst 2558 8° [18,-72]

CAPUT IX. DE NUMERO QUADRAGENARIO.

Numeri quadragenarij, continētis in ſe quinquies ſeptem, & ſemel quinq; ſive quatuor perfectas decadas, multiplex & crebra fuit antiquitus conſideratio, eſtq; hodie ejus in Eccleſiá non minima reputatio.

1. Quadraginta diebus ac noctibus, pluvię catalyſmi inferunt orbi naufragium, quum ingreſſus eſſet Noa arcam. Gen:7.

2. Noa poſt quadraginta dies emittit ex arcâ corvum, & poſtea columbam, ut inſpicerent faciem terræ.

3. Iſaac cùm eſſet annorum quadraginta duxit uxorem Rebeccam, filiam Bathuēlis Syri de Meſopotamiâ, ſororem Laban. Gen: 24.

4. Moyſes quadraginta annis Aegyptum coluit. Deinde, ob commiſſum homicidium profugus ex Aegypto, ſequentibus quadraginta annis, ovibus paſcendis operā dedit, gener Sacerdotis Madianitarū: Reverſus in Aegyptū octogenarius, paſtor eſt cōſtitutus Iſraēlitarū. Denuo perfunctus itē

ſacro paſtoratu annis quadraginta, cùm vidiſſet tres decurſus annorum quadragenorum, & mandato Dei Ioſuam Rectorem populi Iſraëlitici ſubſtituiſſet, vitam depoſuit. Deut. 34. & Act: 7.

5. Quadraginta annis Iſraëlitæ vagantur in eremo. Exod: 16.

6. Quadraginta diebus & noctibus fuit Moyſes in monte Synai, loquens cum Deo, & totidem jejunavit. Exod: 34.

7. Quadraginta diebus purificabatur mulier, quæ peperiſſet maſculum. Levit: 12.

8. Quadrageſimo die, omni regione circuitâ, exploratores ex terrâ Canaan revertuntur. Num: 13.

9. Quadraginta plagis, nec pluribus, emédabatur reus. Deut: 25.

10. Delbora regnavit & judicavit Iſraëlem annis quadraginta. Iud: 4.

11. Gedeon, alias Ierobaal, regnavit annis quadraginta Iud: 6, 7, & 8. Samuel item & Saul quadraginta annos natus, cùm Rex crearetur 1. Reg: 9., totidem annis regunt populum. Act: 13.

12. Heli ſummus Sacerdos, & Iudex decimusſeptimus Hebræorum, gubernavit populum Iſraël quadraginta annis, & quadrageſimo regni ejus anno, arca Domini capta eſt. 1. Reg. 14.

13. Qua-

13. Quadraginta diebus Goliath provocat Iſraëlitas 1. Reg. 17.

14. Quadraginta annos regnavit David Rex Iſraëlis ſecundus, ſeptem in Hebron, & triginta tres in Ieruſalem. 2. Reg: 5.

15. Quadraginta cubitorum erat templum Domini præ foribus oraculi 3. Reg: 6.

16. Quadraginta & ſex annis exſtructum eſt templum Salomonis.

17. Quadraginta annos regnat Salomon. 3. Reg: 11.

18. Quadraginta item annis Rex Aſſa. 3. Reg: 14.

19. Helias in fortitudine unius refectioni, quadraginta totos dies & totidem noctes, ab eſcis corporeis abſtinet. 3. Reg: 19.

20. Quadraginta annis regnat Ioas undecimus Rex Iudæorum. 4. Reg: 12.

21. Quadraginta dies Ninivitis ad agendam pœnitentiam conceduntur. Ion: 3. Ex quibus videret liquet, Quadragenarium pœnitentiæ potiſsimum eſſe ſacrum. Quem numerum cùm attigiſsent Iudæi, necdum commiſsi ſceleris pœnitentiam agerent, Deus quadrageſimo, à commiſſo in ſe piaculo, anno, urbem Ieroſolymam per Titum Veſpaſianum funditus delet.

22. Virgo Maria impletis purgationis ſuę

diebus,id eſt,quadrageſimo à nativitate filii ſui die,templũ cũ puero Ieſu intrat. Luc:2.
23. Chriſtus ipſe Quadragenarium jejunio ſuo decorat, jejunans quadraginta dies ac noctes, cùm in eremo à diabolo tentaretur. Matth:4. Luc:3. Atque ita tres in ſacris biblijs reperimus, qui quadraginta dies ac noctes à cibis abſtinuerunt: Videlicet Moyſen, Heliam, & Chriſtum.
24. Cui idem hic numerus præterea admodum fuit ſolemnis, quòd ſepties eundem ſanctificando teſtatur. 1. Dum quadraginta diebus ac noctibus fuit in deſerto,uti jam diximus,& tentatus ibidẽ à diabolo. 2. Dum quadraginta dies ac noctes jejunavit. 3. Dũ quadraginta horis jacuit in ſepulcro, ſicut perhibent ſancti patres, computatâ ſcilicet horâ quà ſpiritum emiſit, & vltimâ noctis quâ reſurrexit. 4. Dum quadraginta dies poſt ſaluriferam ſuam à mortuis reſurrectionem diſcipulis apparuit & adfuit, & tandẽ in cęlum aſcendit. 5. Dum quadraginta diebus in domo Bethleëmiticâ (quæ fuit ei natalitia) detentus fuit, antequam offerretur in templo. 6. Dum quadraginta hebdomadis (quemadmodum antiqui patres ferunt) in utero virginali delituit. 7. Dum quadraginta menſibus,(ut ijdem perhibẽt) mũdo publicè præ-

cè prædicavit. Quæ omnia, nō ſine occulto hujus numeri myſterio, ita facta credimus.

25. Hominem quadragenarium, & ab utero matris claudum ſanat Petrus. *Act:4.*

26. Quadraginta viri ſe devovent, ſe non eſuros neque bibituros donec occiderent Paulum Act: *23.*

27. Quinquies quadragenas plagas, unam minus, à Iudæis ſe accepiſſe Paulus queritur 2. Cor:*12*, ubi obiter illud notandum, quod apud Iudęos lege cautum fuit, ut ſi quis vel unā, ſupra quadragenas, accepiſſet plagā, omni exiſtimatione & omnibus honoribus privaretur. Igitur unā minus infligi voluerunt, ne patiens, errante in numero percuſſore, ignominiā improvisò afficeretur.

28. Quadraginta annis regnavit Herodes Aſcalonita. Ioſeph.

29. Carolus V. Imperator annis quadraginta imperio præfuit, idq; quadrageſimi anni die quadrageſimo, poſt ſuſceptum imperium, reliquit Ferdinando fratri. Quem numerum regni, nullus Imperatorum aut Regum, poſt Chriſtum natum, adeptus eſt. Omnes enim aut ſupra, aut intra cōſtiterunt.

30. Idem Carolus fuit quadrageſimus Germanicus & Occidentis Cæſar, Zenocaro aſſerente, initio à Carolo Magno deſumpto.

31. Et conſtantinus Magnus, qui ab Occidē-te in Orientem, & ab urbe Româ conſtantinopolim ſedem Imperij tranſtulit. Similiter fuit quadrageſimus Cæſar, initio à Cæſare Iulio facto.

32. Aethiopes quadraginta dies, ut Antonius Sabellicus ſcribit, ſuos lugent defunctos.

33. Quadraginta diebus terminantur morbi chronici à Medicis.

34. Contagione peſtis ſuſpectos & infectos, abſolutis quadraginta diebus, abſolvunt ijdem Medici.

35. Quadrageſimo anno poſt urbem Romam conditam, poſtquam Romulus apud paludemCapręam nuſquam comparuiſſet, Numa Pompilius regnare cœpit.

36. Anno Imperij Cæſaris Auguſti quadrageſimo, natus eſt Chriſtus ſalvator noſter.

37. Cicero & Cato quadraginta annis Chriſtū præceſſerunt. Plura exempla pagina ſacra & omnium Philoſophorum libri ſuppeditant, quæ diligens Lector hiſce noſtris adjungere poteſt.

CAPUT X. DE NUMERO CENTENARIO.

Ex numero perfectionis Denario, per ſemetipſum multiplicato, ſurgit Centenarius. Qui, præterquam quòd nonnunquam abundantiam, nonnunquam complementum, non raro perfectionem ſignificat, etiam totius rationabilis creaturæ, & multarum aliarum rerum, tàm in divinarum ſcripturarum arcanis, quàm Ethnicorum ſcriptis, continet ſacramenta, quorum nonnulla brevibus hoc in capite perſtringemus.

1. Abraham centenarius Deo credens, gignit filium Iſaacum Gen: *17*. Non, ut inquit Auguſtinus, viri aut feminæ naturâ, ſed ſolâ divinæ promiſsionis veritate.

2. Iſaacus ſeminans invenit centuplum. Gen. *26*. id eſt copioſum & uberem meſſem, non certum indefinitum iſtum numerum.

3. Centum cubitorum longitudo erat atrij tabernaculi. Exod: *26*.

4. Tentoria tabernaculi de byſſo retorta, erant cubitorum centum. Exod: *27*.

5. Deus mandata ſua cuſtodientibus promittit, quinq; eorum centum inimicos per-

ſequuturos,&centum piorum decem millia inimicorum fugaturos Levit:26.

6. Centum milites ſunt, qui perfectioni ſtudent. 2. Par:12.

7. Centum erat cubitorum longitudo & latitudo templi Ezech. 40.

8. Et centum erant cubiti ab interiori portâ, uſque ad exteriorem Ibid:

9. Centurionis fidem Deus, Iſraêlitarum, longè præfert. Matth:8.

10. Homo ex centum ovibus amittens unam, relictis nonaginta novem, deſcendit quæſitum amiſſam. Matth:18.

11. Centum denarios debens ſervus obtorto collo abducitur. Ibidem.

12. Centuplum Dominus pollicetur ei, qui reliquerit domum paternam, patrem & matrem, propter nomen ejus. Matth:19. Per centuplum intelligens ampliſsimum illud præmium Evangelij,& vitam æternam.

13. Centum portas Thebas Aegyptias habuiſſe, ſcribit Homerus. Centum autem dicit, non quot habuerit totidem ea urbs portas, ſed ut urbem maximam eſſe oſtenderet. Scribunt enim alij de ſeptem tantùm portis.

14. Centum urbibus Cretam Inſulam famoſam, & centum aras Venerem ibidem habu-

habuiſſe aſſerit Maro. Centum autem aras dixit; ut exquiſitiſsimis honoribus Venerem ibi affectam demonſtraret, more Poëtarum, qui centum pro infinito uſurpant. Unde & illud:

Non mihi ſi linguæ centum ſint, oraq; centum,
Omnia pœnarum percurrere nomina poſſem,

Quod ipſum & ego de hoc numero dictum volo, feſtinans ad alios.

CAPUT XI. DE NUMERO QUINGENTENARIO.

GRaves & quaſi fatales mutationes viciſsitudinesq; elapſis ſeptuaginta hebdomadarum annis Climactericis, id eſt 490, aut integrâ quingentorum annorum periodo circumactâ, vel circiter id tempus, in Eccleſijs, regnis, & rebuſpublicis exoriri, divinus ille Plato, Peucerus, Ranzovius, & omnium temporum hiſtoriæ, ab ultimâ antiquitate & origine reputatæ, teſtantur. Philippus quoque Melanthon, in Chronico

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
Hielmst 2558 8° [18,-72]

Carionis, aliquoties annum quingenteſimum Regnorum periodum fatalem conſtituit, temporaq; Ottonis Tertij Imperatoris in quingenteſimum à Iuſtiniano reformatore incidentia, exēpli loco adducit, qualesq; & quantę viciſsitudines, Otthonis tempore, evenerint oſtendit. Nempe quòd Polonia Regni titulo tum primùm ſit donata, & Boleslaus ab ipſo Otthone Rex Poloniæ ſit pronunciatus: Quòd Ungaria regibus circa hæc tempora primùm uti cœperit; Quòd ſub idem tempus Franciæ regnum, exſtincto Ludoico ex Caroli proſapiâ ultimo, ad Hugonem Capetum pervenerit: Quòd denique in Germaniâ ſeptemvirorum Imperij ſeu Electorum facta ſit inſtitutio, anno Chriſti milleſimo primo Et addit, cùm horum Regnorum anni quingenti effluxerint, fatales imminere mutationes. In quo verus vates exſtitit, teſte Ranzovio noſtro, qui in toties nominato ſuo de annis Climactericis libello ſequentia ſubjicit. Si (inquit) ſtatum prædictorum regnorum contemplemur, videmus Poloniam, exſtinctâ veterum Regum familiâ, in Sigiſmundo ultimo, qui anno Domini *1572.* ſine maſculo hærede obijt, externos Reges & Principes elegiſſe. Ungariam ſcimus valdè luctuoſam vaſtationem

tionem & mutationem eſſe paſſam, utpote quæ, Ludoico Rege anno Chriſti 1526. occiſo, à Turcâ ſubacta, ęgrè Regni nomē tueatur. Galliam quoque cernimus, religionis cauſsà, varijs inteſtinis bellis laceratam, nec etiamnum eorundem finem, exſtinctà ibidem Valeſiorum familiâ. Germania porro noſtra, quibus fuerit quaſſata mutationum procellis, novimus. Cùm enim Carolus, felicis memoriç, Quinctus, Imperij ſuſcepiſſet habenas, Anno 1520. religionis mutatio in Saxonicis provincijs ſequentibus annis eſt ſubſequuta, ſeditio ruſticorum per totam Germaniam exorta, bella inteſtina excitata: Ita ut Electorum nōnulli ab Electoratu ſint remoti, alij in eorum locum ſuffecti, ex principibus aliqui capti. Hæc ille. Talia ac tanta, proximorum quingentorum annorum elapſam (à milleſimo facto numerandi initio) periodum, diverſis in Regnis ſunt ſubſequuta. Nunc ſubjiciemus alia nonnulla exempla, prius tamen benignum Lectorem admonitum volumus, ut ſi quæ non exactè congruerint, id non mihi, ſed Hiſtoricorum falſæ ſupputationi & diſcrepantiæ, aſſcribat.

1. A nato Abrahamo, ad Deucalionis diluvium, anni ſunt 490, Euſebio autore.

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
Hielmst 2558 8° [18,-72]

2. A diluvio Deucalionis, ad regnum Salomonis, ſunt *490*.

3. A Monarchiâ Cyri, ad monarchiam Caii Iulij Cæſaris, anni ſunt *490*. Alij aliter numerant. Eſtque tanta inter hiſtoricos varietas ac diſcrepantia, ut nō modo à ſingulis ſed etiam ab univerſis omnes omnium opiniones refellantur.

4. Ab exitu Iſraëlitarū ex Aegypto, uſq; ad téplum cōditū Salomonis, anni ſunt *490*.

5. A regno Davidis uſque ad ejus generis Regum exitum, quorum unus & viginti regnarunt, anni ſunt *490*.

6. A condito templo ſecundo, uſq; ad monarchiam Auguſti, anni ſunt *490*.

7. A Davide, expulſis Iebuſeis, ſplendidè ædificata eſt Hieroſolyma, inq; illo ornatu & ſplendore permanſit integra annos *476*. ut ſcribit Chriſtia: Delpius.

8. In eâdem civitate continuè religio permanſit, & à Chriſtianis habitata eſt annos *500*: Deinde à Saracenis capta, in Aegyptum regnantibus, & ab ipſis poſſeſſa annos *462*.

9. A Carano, qui primus in Macedoniâ regnavit, uſque ad mortem Alexandri Magni anni ſunt *490*.

10. Regnum Athenienſe duravit à Cecrope Rege primo ad Codrum. *490*.

11\. Iulii Monarchia duravit Annos 502. donec Roma à Genſerico capta eſt.

12\. A Româ conditâ, ad imperium Hannibalis, Romanorũ hoſtis, anni numerantur 532.

13\. A Trajani imperio, uſque ad Phocæ & Heraclii tempora, anni ſunt 500.

14\. In nullâ aliâ, quam Piaſtæá familiâ, per quadringentos amplius annos Principes ac Reges in Poloniâ exſtiterunt. Crom:

15\. A nativitate Chriſti primis quingentis annis Eccleſia tantò fuit integrior, quantò Apoſtolis propior. Sequentibus quingentis annis ſuperſtitionum, idololatriæ, & errorum multitudo, radices in eâdem Dei Eccleſiâ agere incepit, quibus priora ſemina fermè ſunt ſuffocata. Reliquis quingentis annis monachatus diverſi ordines, variæq; hæreſes floruerunt, & tandum religionis in Germaniâ & Galliâ mutatio ſumma expullulare, & in infinitum excreſcere cœpit.

16\. Ab imperio Henrici Aucupis Imperatoris, uſque ad captam à Turcis Conſtantinopolim, anni ſunt 532.

17\. A regno Caroli Magni, ad regnum Ottomanni Magni Regis Turcarum, anni ſunt 532.

18\. Hala Saxonũ ab Ottone II. Imperatore

Anno

Anno 1481. ædificata eſt. Erneſtus autem 37 Epiſcopus Magdeburgenſis, Dux Saxoniç, propter diſcordiam, eam occupavit. Fuit ergo libera, ut Georgius Grodſcius narrat, annos 497.

19. Albertus Abbas Stadenſis in ſuo Chronico, multorum regnorum ac rerum initia ac fines, uſque ad quingentos annos deſcribit ac producit, quem benignus Lector conſulere poteſt.

20. In ſacris etiam quingenteſimus hic myſterij ſacramentum eſt, quòd & verba Chriſti oſtendunt, interrogantis Simonem Luc: 7. Uter ex debitoribus duobus creditorem ſuum, qui uni quinquaginta, alteri quingentos remiſerat denarios, plus diligeret. Ad quod Simon reſpondet: Ille cui quingenti, quos debebat, donati ſunt denarij, nec ille, tacitè ſubindicans, cui quinquaginta remiſsi: Hinc videre licet, etſi quinquaginta & quingenti cognatus ſit numerus (quòd ibi ſeptem ſeptimanis, additâ unitate, quinquagenarius, & hic ſeptuaginta ſeptimanis, addito denario, quingenteſimus conſurgat) quòd tamen quo plures ſunt ſeptuaginta ſeptimanæ quàm ſeptem, eò perfectior ſit quingentorum quàm quinquaginta numerus. Quò pertinet & illud

Petri,

Petri, quoties fratri in ſe peccanti remittat, quærentis, num uſque ſepties? Cui reſpondet Chriſtus, non ſepties ſed ſeptuagies ſepties, hoc eſt, reſipiſcenti in infinitum condonabis. Matth: *18*. Septies verò ſeptuaginta *490*. efficiunt, qui numerus ſummo honori habitus eſt, tàm in remittendâ offenſâ, quàm in ulciſcendis flagitijs, quòd ex recitato dicto, & hoc Geneſ: *4*. apparet. De Cain ultio datur ſepties, de Lamech verò ſeptuagies ſepties, hoc eſt, ut quidam hunc locum explicant, Si juſta adverſus Cainum Dei ſententia exſtitit, ut ſeptem ſupplicijs afficeretur, Lamech equidem dignus eſt quadringentis nonaginta pœnis excrucietur. Quoniam ille cædem committere ab alio non didicit, nec homicidam pœnas exſolventem vidit. Hic verò magnitudinem iræ divinæ contra Cainum ſenſit, & minimè ejus exemplo deterritus fuit. Huc referendæ videntur ſeptuaginta illæ hebdomadæ, Danieli ab Angelo patefactæ, & ſuper populum uſque ad peccatorum remiſsionem, & iniquitatis expiationem determinatæ. Dan: *9*. Quæ, ſi pro ſingulis hebdomadæ diebus ſinguli ſolares anni, ut fieri in ſacris ſolet, numerentur, ex ſeptuaginta aſſumptis ſepties, quadringentos & nonaginta

ſolares

ſolares annos efficient. Computandi autem ſunt, Bedâ monente, à ſeptimo Artaxerxis anno, quo Eſra à Rege, cum magna populi multitudine, ad cultum Dei inſtaurandum ex captivitate dimiſſus eſt, uſque ad *19*. Tiberij, quo anno Chriſtus redemptor noſter paſſus eſt, qui faciunt anno *490*. Atqui is annorum numerus, nõ tantũ eſt climactericus, ſed etiam myſticus, quemadmodum ex allegatis locis, multarumq; magnarum mutationum periodis, colligitur.

CAPUT XII. DE NUMERO *SEPTINGENTENARIO.*

HEnricus Ranzovius, R. M. Daniæ in Ducatibus Vicarius, amicus & patronus noſter, & benè de nobis, quòd apertè hoc in loco confiteri non erubeſcimus, meritus, in ſuo de Climactericis libello, ex quo hujus capituli exempla nonnulla deſumpſimus, ſcribit: Etſi plerunque in ſeptenarijs ac novenarijs annis multiplicatis, aut eorum quadratis in ſe ductis numeris, in

Imperijs & Rebuſpublicis converſiones fiant: tamen ſæpius mutantur, aut planè pereunt Imperia, Regna, & urbes, elapſis quingentis vel ſeptingentis annis, aut circiter, ut ab antiquiſsimâ memoriâ proditum eſt, & hiſtoriarum monumenta teſtantur. De quingenteſimo in præcedenti capitulo egimus, nunc paucis de hoc diſſeremus.

3. Urbs Roma, in quâ per ſeptem Reges primò regnatum eſt ſeptingentis annis, id eſt, ad Chriſti uſque adventum in carne, perfecto provecta fuit imperio; his elapſis, ſummæ eruperunt mutationes. M. Lucius Craſſus miſſus cum exercitu contra Parthos occiditur, ejuſque exercitus deletur, maxima urbis pars repentino correpta incendio concrematur. Succedit bellum Pompeji & Cæſaris exſecrandum, & id genus malorum ſine numero. Quod & Polydorus de prodigijs hiſce verbis teſtatur. Cecidit tantum imperium, cùm vix D. CC. annos libertate incolumni ſteterit; tot ſiquidem à Romulo urbis conditore interfuerunt, uſque ad Cæſarem & Pompejum, Reipub: everſores. Et alio in loco ait Romana Civitas ſtatim poſt ſeptingenteſimum, quo condita fuerat annum, à Cajo Iulio Cęſare everſa eſt.

2. Ab eàdam urbe conditâ, teſte Bodino, ad illud tempus, quo poſt Actiacam victoriam, quâ fuſus eſt ab Auguſto M. Antonius, & Imperij Rom: ſumma poteſtas ad eum delata, numerantur anni 729.

3. Idem annorum numerus recurrit ab everſione Imperij Longobardorum, ad illud tempus quo Ludoicus XII. Rex Francorum eaſdem regiones, fuſis Venetorum & Sfortiadum copijs, ſuæ poteſtati ſubjunxit.

4. Idem numerus eſt ab everſione Pictonum & Scotorum victoriâ, uſque ad Mariæ Stuardæ captivitatem.

5. Et ab Egberto Saxone, qui Anglorum imperium ſolus tenuit, uſque ad Mariam Anglorum Reginam, quæ prima ejus inſulæ Gynæcocratiam, quam intra mille & quingentos amplius annos non pertulerat, occupavit.

6, Macedonicum Regnum à Carano conditore, uſq; ad Perſam, annos numerat 700.

7. Carthago condita cœpta eſt à Phœnicibus ante conditam Romam annis 70, ſicut Appianus & Iuſtinus volunt, incendio deleta auſpicijs Aemiliani anno urbis conditæ 607. Aetas itaque Carthaginis univerſa fuit annorum 677. Ab his paullulùm diſtat Eutropius,

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
Hielmst 2558 8° [18,-72]

tropius, dicens; Meridianum regnum à cõditione, uſque ad everſionem, annos ſtetit ſeptingentos. Diruta ſiquidem Carthago poſt annum 700 ſuæ conſtructionis.

8. Cicero in Orat: pro Flacco ait, quòd Lacedæmoniorum nobilitas & ſpectata virtus, non ſolùm naturâ, verùmetiam diſciplinâ corroborata fuerit, ita ut ſoli toto orbe terrarum ſeptingentos annos, ijſdem moribus, & nunquam mutatis legibus viverent, paullò tamen poſt, hæc omnia ſunt mutata.

9. Septingentis annis elapſis à Miromalino, Maurorum principe, Hiſpaniæ omnis domitore, Ferdinandus avus maternus Caroli V. Imperatoris, immortalis memoriæ, devictis & domitis Mauris, univerſas Hiſpanias recuperavit.

10. Familia Comitum Hojenſium ſeptingentos annos, aut paullò ulterius, floruit, Initium enim fecit, Anno Domini 840, & ultimus hujus familiæ Comes abſque liberis deceſsit. A.C. 1582.

11. Urbs Magdeburgenſis, quam Carolus Magnus Anno Dom: 772, ut religioni Chriſtianæ eam ſubjiceret, diruit, delubra Veneris funditus evertens, & Eccleſiam D. Stephano dicatam ſubſtituens, Rurſum Anno 1551. Electori Mauritio, cum per integrum

annum fuiſſet obſeſſa, certis conditionibus ſe tradidit. Unde apparet civitatem hanc elapſis ſingulis ſeptingentis annis duas mutationes graves perpeſſam eſſe.

12. Populus Romanus, cùm fuiſſet vel in ditione Regum, vel in autoritate Reipub: ac magiſtratuum ſeptingentos quinq; & viginti annos, rurſum cœpit ad regiam dignitatem pervenire, ceu annotat ex Dione Nicæo Ioannes Xiphilinus.

13. Septingentos annos, inter Caroli Magni & Caroli V Imperium, intercalatos eſſe, Zenocarus in vitâ Caroli V. refert.

14. Singulis ſeptingentis annis novum Phœnicem ex cineribus alterius redivivum enaſci ajunt.

15. Turcarum Imperium & Venetorum Reſpubl: periodum ſeptingentorum annorum ſuperarunt, & jam contremiſcere videntur. Cum rota illa, ſive providentia divina, elapſis aut quingentis, aut ſeptingentis annis, aut circiter, hoc eſt, ante vel poſt hos paullulùm, ſummum in imum deijcere, & evertere regna ſoleat. Deus opt: max: Romanum Imperium hiſce exulceratiſſimis temporibus ſtabiliat ac protegat.

CAPUT

CAPUT XIII. DE NUMERO MILLENARIO.

Millenarius in ſacris ſua quoque habet myſteria,utpote quo divinæ Majeſtatis miſericordia , clementia, perfectio, & magnitudo denotatur, & nobis modicæ fidei hominibus inſinuatur.

1. Ait enim Dominus Exod:20.& 34.Ego ſum Dominus Deus tuus fortis Zelotes,viſitans iniquitates patrum in tertiam & quartam generationem eorum,qui oderunt me, & faciens miſericordiam in millia his, qui diligunt me,& cuſtodiunt præcepta mea.

2. Rebeccæ frater & mater optant, ut creſcat in mille millia.Gen:24.

3. Spacium mille paſſuum,pro pecoribus paſcendis,circa Levitarum civitates relinqui jubet Deus.Num: 35.

4. Una aſini maxillâ mille viros Simſon percutit.Iud:15.

5. Mille hoſtias Salomon Rex domino offert. 2.Par.1.

6. Mille anni pro domino ſunt, tanquam dies quæ heri præterijt Pſal:89.

7. Spiritus Dei in Canit: 8. dicit. Vineam

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
Hielmst 2558 8° [18,-72]

tradidit cuſtodibus, & vir affert pro fructu ejus mille argenteos. Item mille tui pacifici, & ducenti his qui cuſtodiunt fructum ejus.

8. Dominus facit miſericordiam in millibus, & reddit iniquitatem patrum in ſinu filiorum eorum poſt eos. Ierem: 32.

9. Vir egrediens ad orientem, habens funiculum in manu, menſus eſt mille cubitos &c. Exodi 42.

10. Mille ſuis optimatibus Rex Balthaſar grande facit convivium, & quiſque ſecundum ſuam bibebat ætatem. Dan: 5. Id eſt. Balthaſar, qui interpretatur abſorbens divitias, divitias æternę beatitudinis abſorbet, & mille optimatibus, id eſt, electis omnibus, facit magnum convivium, in quo vinum æternæ beatitudinis quiſque ſecundum ætatem propriorum meritorũ bibit & recipit.

11. Dominus dicit Amos 5. Urbs de quâ egrediebantur mille, in eâ relinquentur cẽtum, & de quâ egrediebantur centum in eâ relinquentur decem.

12. Draco mittitur in abyſſum, ut non ſeducat amplius gentes, donec conſummentur mille anni, Apoc: 20, id eſt, univerſum Eccleſiæ tempus, ut explicat Auguſtinus.

13. Et regnaverunt cum Chriſto mille annis, ibid: quo inſinuatur, quòd regnum ſanctæ Ec-

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
Hielmst 2558 8° [18,-72]

ctæ Eccleſiæ univerſitatis perfectione ſolidetur.

14. Apud Poëtas quoque millenarius pro perfecto & abſoluto numero ponitur, ut apud Virgil: Aenid: 4. Iridem depingentem his verbis: Ergo Iris croceis per cælum roſcida pennis, Mille trahens varios adverſo ſole colores, &c. & apud Homerum, qui Achillis iram mille dolorum cauſſam Græcis fuiſſe. Ilid: à ſcribit. Sed cùm his ſimilia millia inveniantur ubique, nos paucis hiſce contenti, aliud caput aggrediemur.

CAPUT XIV. DE LITTERARUM ALIQUOT EMINENTIÂ & myſterio.

EX omnibus litteris principem locum obtinent vocales quinq;, quarum inter cunctas, tàm Latinas, (de quibus hoc in loco potiſsimùm nobis ſermo eſt) quàm Græcas, Hebræas, & alias linguas, prima eſt littera A, quę, præterquàm quòd ſuapte naturà, nullius, veluti reliquæ, inſtrumenti indiga, ut puta linguæ, dentium, aut labiorum, libera pronuncietur, ſolaq; in corde &

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
Hielmst 2558 8° [18,-72]

imo baratri cauſſetur, & nominis primævi noſtri parentis Adami capitalis ſit, etiam Infantibus, qui per hanc vagiunt: Pueris, qui per hanc babant, lallant, tatant: Senioribus, qui per hanc gaudent & dolent, ut haha; ah, ah, admodum familiaris eſt.

E. in gutture formatur, & nominis Evæ omnium noſtrorum matris primæ, & peccatum in mundum introducentis, initialis eſt. Unde naſcentes feminæ eandem, quemadmodum naſcentes maſculi litteram A, ſicut quidam non illepidè hoc verſiculo teſtatur, exprimere dicuntur.

Et dicunt, E vel A, quotquot naſcuntur ab Evâ.

Eva autem, ut initiali nominis ſui litterâ dolorem, ſic viceversâ, ſi ejuſdem nomen ordine retrogrado legatur, gaudium, ſalutatione Angeli ab AVE incipientis, repræſentat.

I. Littera in capite gutturis naſcitur, mediumq; inter conſorores locum occupans, admirationis indicium & unitatis nota eſt. Obſervandum hic eſt, veteres Romanos notis quibuſdam numeros ſignificantibus uſos fuiſſe, quas paullatim ad litterarum formá ſcribendi conſuetndine convertit librariorum inſcitia. Fecére enim ex notà hâc I, & ſimili aliá, infimâ parte conjuncta, litteram V, quinarium ſignificantem. Deinde ex

quina-

quinarij numeri notâ duplicatâ,& in angu-
lo acuto conjuncta,litterarum X,denarium
notantem. Rurſum ex notâ *I* rectâ, cui in
ſummâ & imâ parte poſtratâ additâ, litte-
ram C. centenarium inſinuantem,quemad-
modum ex ſimilibus notis litteram D.quin
gentenarium,& litteram M, Millenarium
repræſentantem, de quibus fuſius Aldus
Manutius agit.

O. In faucibus fingitur, & omnibus ſervit
affectibus U.In labijs cauſſatur,& fe-
ralis,obſerales, quos refert, noctuæ ulula-
tus, appellatur.

Deſcẽdemus ad cõſonantiũ nõnullas, ad o-
mnes noſtri nõ eſt propoſiti,neq; hujus loci
C,Budæo affirmante, in judicijs condem-
nationis fuit nota,A verò abſolutionis.Inji-
ciebant enim judices, de capite alicujus actu
ri,ſortes in urnam, inſculptas litteras ha-
bentes abſolutionis ſive condemnationis.
Causâ verò obſcurâ, H & L, ampliationis
notas,quibus ſignificabãt,parùm ſibi adhuc
liquere,ac denuò cauſsam agi oportere.Idẽ
ſignificarunt litteris gręcanicis θ,τ,Λ,quarũ
prior,veluti ſcribit Aſconius Pedianus, tri-
ſtis dicta, damnationis; altera ſalutaris ap-
pellata,abſolutionis; poſtrema amplicatio-
nis fuit nota.De quibus paullò poſt plura.

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
Hielmst 2558 8° [18,-72]

H. non eſt littera, ſed aſpiratio, & ſemper cum aſpiratione exprimitur, ut homo, humus, humor, honor &c. quod vocabulum, quemadmodum perfeſtivè & lepidè admodum aſſerit Andreas ab Imolà, hâc potiſsimum de cauſsá aſpiratur, onus verò non, quòd ad honorem aſpiremus & anhelemus omnes, ad onus verò hominum nullus, cùm tamen nemo in honore ſine labore, in prælatione ſine perturbatione, eſſe poſsit.

M. in antiquorum ſortibus, quibus Magiſtratus creabatur, moroſitatis & ſtolidit atis erat ſignum, unde proverbium, ſortitus es M. objectumque idipſum aliquando cavilli vice Dionyſio, cui ſorte obvenerat M, μωρολογεῖς διόνυσε, id eſt, Morio es Dionyſi, cui vafrè & vero de ſe præſagio reſpõdit ille: μοναρχήσομεν ἂν, id eſt, Monarcha ero, quòd & factum eſt. Nam Dionyſius adeptus Magiſtratum, protinus Imperator electus eſt Eadem hæc littera maximò omnium muta eſt. Muti enim non amplius ſonare queunt quam My. Hinc proverb. Ne my quidem facere audet.

R. Littera eſt inſuavis & injucunda, ſtridens caninum quiddam, convenitque iratis, & bellicum canentibus, & Rabulis in foro de

de lana

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
Hielmst 2558 8° [18,-72]

lanâ ſæpe caprinâ atrociter, verbis non verberibus, ſtylo non pilo, digladiantibus, quorum nominum eſt prima, quemadmodum & nominis Rixæ, quod ſimiliter ab R incipit. Canina à Perſeo dicitur, quòd canis irati vocem exprimat & imitetur. Unde etiam canis ira à Poëtis neotericis quibuſdam vocatur, quo reſpexit ille hiſce verſibus lepidiſsimis.

Mitto tibi NaveM puppi proraq; carentem,
Mitto tibi metulas vertito ſi dubitas,
Mitto tibi mediam Lunam, Solem, & canis iram

Ubi per nauem intelligit vocabulum ave, quòd in principio litterarum poni ſolet. Per metulas verſas, ſalutem. Per mediam lunam, litteram C. Per ſolem, litteram O, Per canis iram litteram R, id eſt Cor, quod Deus in omni precatione & oratione à nobis exigit, ut ſimili diſticho lepido quidam annuit.

Dimidium Sphæræ, Sphæram, cum principe Romã,
Exigit à nobis ſummi fabricator olympi.

Id eſt Cor, Dimidiũ enim Sphæræ litteram C Sphæra litteram O, & Roma cum principe ſuo Romulo, litteram R denotat.

T. Littera ſalutis & crucis ſignum fuit. Salutis: Apud Atticos priſcæ militiæ notarios, qui dum in breviculis, quibus militum

conti-

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
Hielmst 2558 8° [18,-72]

continebantur nomina , vellent demonſtrare, quot ex militibus ſupereſſent, quotve in bello cecidiſſent , T notâ in capite poſitâ verſiculi, ſuperſtitẽ deſignabant. Sicut θῆτα quod transfixi cordis humani ſpeciem quodãmodò repręſẽtat, & verbi Gręci θάνατος, quod mortem ſignificat, capitalis eſt, eorum nominibus præponebant, quos dura mortis oppreſsiſſet injuria. Crucis apud Hebræos typus fuit: quo Deus Chriſtianorum frontes ſpiritualiter inſignire conſuevit, quos à ſuæ ultionis furore eripere decrevit, ut apud Ezechielem cap: 9. ſcriptum legitur. Quin & apud Romanos T littera pro furcâ, vel cruce uſurpari ſolita Cælio Rhodogino antiq: lib: 10. autore, qui Plautinum illud in Aulularia adagium litteram longam ex ſe facere: dici vult de ταυ, & non, quemadmodum cupiunt nonnulli, de L. Quoniam qui pendet, inquit, ejus planè reddit imaginem, obtinẽs vicem lineæ ex ſuperiori parte in imã productæ. Trabs verò, unde laque⁹ deſtinatur, tranſverſam elementi portionem fingere videtur. Cùm itaq; ſimilitudinẽ litterę pendẽs præ ſe ferat: Plautus alio in loco ait: Continuè hercle ego te dedã diſcipulã cruci, id eſt, ſuſpendã te, faciamq; ut crux diſcipulã te ſcribere doceat, & longã litteram faciat.

Quò

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
Hielmst 2558 8° [18,-72]

Quò pertinet ejuſdé ille jocus: Triũ littera-
rũ homo, id eſt fur. Cõſtat. e. fur trib' litteris.
X. littera temerè ad denariũ ſignificandũ ab
antiquiſsimis philoſophis aſſumpta cenſe-
tur, cùm quaternariũ magis referat. Eſt autẽ
græca pura puta, & interſectione ſuâ, quam
decuſſationẽ dicũt, ſacratiſsimæ Chriſti cru
cis myſterium denotat. Si enim recto uno a-
pice à ſummo ad imum ducatur, & rurſus
alio nõ diſpare, per tranſverſa brachiorum
componatur, figuram crucis habet. Unde
Lex Decem verbis abſolvitur, quo per eun-
dem numerum figura crucis exprimeretur.
Z. Litteram in ſortibus inauſpicatam fuiſſe
Suidas ſcribit, & Martianus Capella in nu-
ptijs philologiæ & Mercurij aſſerit, eandẽ
litterã inviſã fuiſſe AppioClaudio, quòd dé-
tes mortui, dũ exprimitur, imitaretur. Huic
diſcurſui ſubjicere placuit tã Latinũ quàm
Gręcũ Alphabetũ, ut quantũ quælibet litte
rula deſignet, & qui numeri ſingulis litteris
deputentur, tyrones ſcire poſſent: Dividitur
autẽ utrumq; in tres claſſes, quarum prima
continet unitates, ſecunda decadas, tertia cẽ
turias. Cũq; in Alphabeto Latino ad cõple-
mentũ viginti ſeptẽ Characterum quatuor
deſint, illarum vicem obeunt I & V conſonã
tes ſimplices, ut in Iacobus & Vincentius, no
minibus. Deinde HI & HV aſpiratæ, ut in
Hiero-

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
Hielmst 2558 8° [18,-72]

